Monvmenta Germaniac Historica

Legum Sectio I.

# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

---

LEGVM SECTIO I.

LEGVM NATIONVM GERMANICARVM

TOMI II. PARS I.

---

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCII.

# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

---

LEGVM SECTIO I.

LEGVM NATIONVM GERMANICARVM

TOMI II. PARS I.

---

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCXCII.

# LEGES
# NATIONVM GERMANICARVM.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMI II. PARS I.

LEGES BVRGVNDIONVM.

INEST 1 TABVLA.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCXCII.

# LEGES BURGUNDIONUM.

EDIDIT

LUDOVICUS RUDOLFUS DE SALIS.

# PRAEFATIO.

## *I. DE HISTORIA LEGUM BURGUNDIONUM.*

### § 1. *Introductio.*

*Nomine legum Burgundionum ius scriptum regni Burgundionum V. saeculo intra fines imperii Romani constituti designari solet. Cuius regni historiam nostris temporibus scripserunt viri doctissimi:*

*C. Binding, Das Burgundisch-Romanische Königreich I. (1868); E. Sécretan, Le premier royaume de Bourgogne, in 'Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire de la Suisse Romande' (1868) tom. XXIV, p. 1—175; A. Jahn, Die Geschichte der Burgundionen und Burgundiens bis zum Ende der ersten Dynastie (1874).*

*Ius regni Burgundici litteris mandatum nobis non integrum traditum est; quod autem traditum habemus, ea ratione disponi potest, ut prima pars librum constitutionum, secunda constitutiones quae sunt extra librum constitutionum (constitutiones extravagantes), tertia legem Romanam Burgundionum contineat. Quae quaestiones adhuc institutae sunt de iure Burgundico fontibusque iuris Burgundici, eae sive ad totam quam servatam habemus legum materiem pertinebant, sive primam solum et secundam partem, sive denique tertiam amplecti solebant. Virorum doctorum autem commentationes hoc loco hae commemorandae sunt.*

*Ad omnes leges Burgundionum pertinent: F. C. v. Savigny, Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter II², p. 1—36, VII² (Merkel), p. 30—40; Eichhorn, Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte I⁵, §§ 37. 44; Walter, Deutsche Rechtsgeschichte p. 24—28; Zöpfl, Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte II², p. 49. 65; Bluhme, in praefatione editionis suae legum Burgundionum, et in 'Jahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts' I (1857), p. 48—89, II (1858), p. 197—211, V (1862), p. 207—234; Ginoulhiac, Des recueils de droit Romain dans la Gaule sous la domination des barbares, in 'Revue historique de droit Français et étranger' II (1856), p. 529—585; A. v. Daniels, Handbuch der Deutschen Reichs- und Staatenrechtsgeschichte I (1859), p. 154—178; O. Stobbe, Geschichte der Deutschen Rechtsquellen I (1860), p. 100—119; Viollet, Précis de l'histoire du droit Français (1884) p. 101—105; R. Schroeder, Lehrbuch der Deutschen Rechtsgeschichte (1887) p. 230; H. Brunner, Deutsche Rechtsgeschichte I (1887), p. 332—340. 351—458; Ad. Tardif, Histoire des sources du droit Français (1890) p. 124—128. 169 sqq.*

*Ad librum constitutionum constitutionesque extravagantes pertinent: Türk, Forschungen auf dem Gebiet der Geschichte II (1829), p. 21—58; Wilda, Das Strafrecht der Germanen (1842) p. 108; Gaupp, Das alte Gesetz der Thüringer (1834) p. 8; Gaupp, Die Germanischen Ansiedlungen und Landtheilungen (1844) p. 296—317; Davoud-Oghlou, Histoire de la législation des anciens Germains I (1845), p. 385 sqq.; Matile, Études sur la loi Gombette (Extrait des mémoires de l'Académie des sciences de Turin, ser. 2, tom. X) (1847) p. 3—16; de Pétigny, Études sur l'histoire, les lois et les institutions de l'époque*

*Mérovingienne II, p.* 465 *sqq.; L. A. Warnkönig, Französische Staats- und Rechtsgeschichte II (*1848*), p.* 10*; Schäffner, Geschichte der Rechtsverfassung Frankreichs I, p.* 130*; J. T. A. Peyré, Lois des Bourguignons, vulgairement nommées loi Gombette traduites pour la première fois (*1855*); R. de Hubé, Histoire de la formation de la loi Bourguignonne, in 'Revue historique' cit. XIII (*1867*), p.* 209—259*; Boretius, Ueber Gesetz und Geschichte der Burgunder, in 'Historische Zeitschrift' XXI (*1869*), p.* 1—27*; Bluhme, Zur Abwehr, ibidem p.* 234—244.

*Ad legem Romanam pertinent: Barkow, Praefatio editionis suae legis Romanae Burgundionum; Haenel, Praefatio editionis suae legis Romanae Visigothorum p. XCII—XCVI; de Crousaz, Études sur le Papien (*1862*); Karlowa, Römische Rechtsgeschichte I (*1885*), p.* 983*; Krüger, Geschichte der Quellen und Litteratur des Römischen Rechts (*1887*), p.* 317*; F. Schulin, Lehrbuch der Geschichte des Römischen Rechts (*1889*), p.* 119.

*Totam materiem quam nomine legum Burgundionum edimus reapse regibus Burgundionum attribuendam esse, nonnullis argumentis sat firmis comprobatur. Nam quod ad primam collectionem, librum constitutionum, attinet, Burgundio haud paucis constitutionibus aperte appellatur. Deinde temporum descriptionibus, quae in fine singulorum titulorum sunt traditae, (cfr. Lib. const. tit.* 42. 45. 55. 62. 76. 79*) non solum ad tempora, sed etiam ad fines regni Burgundici revocamur, atque quamquam titulo* 3. *nomen regis, qui constitutiones huius tituli emisit, non affertur, tamen quos 'auctores' suos legislator appellat Burgundionum reges erant, et ipse legumlator Burgundionum rex quidam cognoscendus est. Accedit quod initio primae constitutionis, qualis nuper est restituta, nomen regis Gundobadi legitur; quam primam constitutionem cum constitutionibus quae insequuntur arte cohaerere et ex verbis ipsius constitutionis* § 14. *et ex argumento constitutionis tituli* 81. *intelligi potest, quae constitutio plane ac dilucide primam constitutionem respicit. Libris denique manuscriptis et indice titulorum rubricarum et legum ordine libri constitutionum, qualis traditus est, totum opus, qua nunc est forma, simplex et unum esse efficitur. Iisdem libris opus vel* capitula libri Gundebati *(cod. A* 3*), vel* capitula inter Burgundiones et Romanos *(cod. B* 1*), vel* capitula legis Burgundionum *(manus recentior cod. A* 4*), vel* lex inter Burgundiones et Romanos *(codd. B* 2. 4*), vel* lex Burgundionum *(cod. B* 2*), vel* constituta Gundubade regis *(cod. B* 7*), vel* liber legum Gundebati *(codd. B* 9. 10*) appellatur. Quod si liber constitutionum Burgundionem habet auctorem, plane idem dicendum est de constitutionibus extravagantibus; quarum constitutionum, quae nonnisi coniunctae cum libro constitutionum servatae sunt, nonnullae nomen regis qui fuit auctor initio habent (cfr. Const. extr.* 19. 20*); nonnullae aperte Burgundionem ad quem lex pertinet appellant; saepe etiam has constitutiones cum hoc vel illo titulo libri constitutionum cohaerere tam manifestum est, ut ea solum quaestio exsistat, utrum lex constitutionum extravagantium an libri constitutionum antecedat aetate (cfr. Const. extr.* 1—5*). Denique non est, qui connexos esse librum constitutionum legemque Romanam negare possit, aut qui affirmare, nedum probare audeat, legem Romanam secutam non esse librum constitutionum eamque non esse quae in constitutione prima (*§ 8*) promissa sit 'formam et expositionem legum (Romanarum) conscriptam'.*

*Hoc etiam inter omnes homines doctos constat, non unum solum edictum unius regis Burgundionum nobis traditum esse, sed ea quae habeamus compluribus edictis constare. Etiam hoc certum est, Gundobadum eas leges quae iam exstarent colligendas atque componendas curavisse, atque postea, hac collectione edita, et ipsum Gundobadum et qui eum secuti essent reges legibus condendis operam dedisse. Vehementer autem de ea re disputatur, an Gundobadus identidem librum constitutionum tractaverit, an forte qui ei successere iterum librum retractandum curaverint, deinde quibus temporibus singulae*

partes legum Burgundionum, sive liber constitutionum, sive lex Romana, sive singulae constitutiones conscriptae sint.

Ipsi Burgundionum reges singulas leges notabant verbis 'constitutionis, praeceptionis, edicti, instructionis, legis formae'; neque dubium esse potest, quin et in hac re et in toto genere singulas leges conscribendi reges Burgundionum exemplum imperatorum Romanorum imitati sint. Id in leges potissimum Sigismundi regis et recentiores leges Gundobadi regis cadit; quo iure idem de regum, qui antecesserunt, legibus dici debeat, cum codices non integri servati sint, erui iam non potest. Nomine quo totam constitutionum collectionem comprehenderent in posterioribus constitutionibus, quibus collectionem ipsam respiciunt, usi non sunt; sed ad priores eiusdem collectionis leges aliis locis aliis verbis remittunt, quales sunt: 'praecedentium constitutionum ordo, leges nostrae, leges priores, praecedentium legum statuta, lex nostra'.

## § 2. Liber constitutionum et constitutiones extravagantes.

Num Burgundiones iam ante sedes in Sabaudiam translatas anno 443. iure scripto usi sint, quamquam non ita diiudicari potest, ut omnis dubitatio tollatur, tamen, ut negemus, nonnullis rebus adducimur. Etiamsi enim nonnullae leges et forma et argumento speciem praebeant antiquitatis, tamen veri dissimile non est has constitutiones tum demum litteris esse mandatas, cum desiderium legum scriptarum in dies magis magisque augebatur. Extitit id desiderium translatis demum in Sabaudiam sedibus propagatisque regni Burgundici finibus, praecipue ob usum variumque inter Romanos Burgundionesque commercium. Neque vero diu post domicilium in Sabaudia constitutum Burgundiones iure scripto caruisse, ex eis legum statutis apparet, quas, ut libri constitutionum tit. 17, §§ 1—3, circa sextum V. saeculi decennium conscriptas esse veri simillimum est. Id quoque animadvertamus necesse est, non semel de hospitalitate inter Romanos Burgundionesque leges a regibus Burgundionum esse latas. Etiamsi vix credi potest iam anno 443. de ipso domicilio in Sabaudia constituendo statutum quoddam esse editum, tamen eiusmodi leges de hospitalitate magnam in partem derivandae sunt ex propagatione regni Burgundici. Ex initio denique 'primae constitutionis' in qua 'constitutionum parentum' Gundobadus facit mentionem, efficitur eo tempore, quo Gundobadus regnum inierit, leges scriptas easque a regibus Burgundionum latas in Burgundia fuisse.

Artissime posterioribus temporibus cum universo Burgundionum iure scripto coniungebatur nomen Gundobadi. Cuius rei causas quaerentibus nobis fortasse considerandum erit Gundobadum plus XL annos — diutius ullo alio rege Burgundionum — regnasse. Maioris tamen momenti est, quod Gundobadus corpus legum colligendum curavit, scilicet 'librum constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus', (quae inscriptio Burgundicarum legum collectioni in omnibus codicibus manuscriptis inditur). Quae collectio etiamsi non iam Gundobadi aetate, tamen Francorum temporibus nomine 'legis Gundobadae' notabatur, posterioribus temporibus, lingua Francogallorum 'loi Gombette' nominata est; cfr. Bluhme in praefatione sua LL. III, p. 506, Bouquet in Rerum Gallicarum scriptoribus tom. IV, p. 252.

Quo die aut anno Gundobadus librum constitutionum promulgandum curaverit, traditum non est. Sed mihi quidem dubium non videtur, quin constitutioni primae initio, quo die data sit, adscriptum fuerit, sub finem, quo die et loco 'conventus optimatum' regni Burgundici habitus sit. Quo die autem prima constitutio scripta est, eodem librum constitutionum editum esse putemus necesse est. Omitto conicere, quibus de causis is versus, quo dies conventus scriptus erat, interierit, neque in exquirendo tempore, quo liber constitutionum scriptus sit, de eis quae plane certa sunt copiosius disputabo. Sunt tamen haec respicienda: Non corpus omnium constitutionum usque ad editionem collectarum, atque ad temporum ordinem compositarum est liber constitutionum, sed ex constitutionibus

*constat selectis, iis nimirum quae gravissimae videbantur iisque quae ius, quod tunc temporis ratum erat, reddebant in corpus redactis. Quod facile intelligitur ex primis verbis primae constitutionis. Deinde eae solum partes singularum constitutionum receptae sunt, quae regulam iuris ipsam continebant, omissis eis quae de causis legum latarum, de consiliis legis scriptoris agebantur, omissis eis quoque versibus quibus dies quo constitutiones datae sunt adnotabatur. Denique in libro constitutionum conficiendo etiam singularum legum emendationes additas esse ex ipsis verbis paragraphi tertiae primae constitutionis apparet.*

*Antiquissimae quae quidem integrae traditae sunt constitutiones anno* 501. *(Lib. const. tit.* 42. 45*) conscriptae sunt. Quarum una (*42*) 'aliqua ex his quae ante praecepta fuerant corrigere', altera (*45*) 'sceleris consuetudinem submovere' vult. Utraque constitutio in dispositionem quam supra depinximus libri constitutionum non quadrat, neque omnino perspici potest, qua re adducti ii, qui librum constitutionum composuerunt, hoc loco discesserint a ratione hucusque servata. Existimemus igitur necesse est, has duas constitutiones minores esse aetate libro constitutionum, easque edito iam libro in corpus constitutionum receptas, librumque constitutionum V. saeculo compositum esse. Quodsi constitutionis titulo* 42. *verba quae attuli:* quae ante praecepta fuerant, *statuta prioris cuiusdam libri constitutionum respiciunt, atque in posterioribus legibus legem quandam verbis:* iam pridem emissa lex, *vel* in huiusmodi negotiis promulgata dudum lex *notatam invenimus*[1], *quid nos impedit, quominus concludamus librum constitutionum haud multo ante annum* 501. *esse conscriptum? Gundobadus non solum parentum, sed etiam suas ipsius constitutiones composuit. Quae collectio cum prioribus annis Gundobadi dominationis vix conscripta esse possit, primam constitutionem librumque constitutionum paenultimo vel ultimo decennio V. saeculi non sine probabilitate attribuemus. Huic nostrae opinioni non repugnat sententia viri doctissimi, in historia regni Burgundici optime versati Caroli Binding, Geschichte des Burgundisch-Romanischen Königreichs I, p.* 107. 122, *librum constitutionum annis* 488—490. *esse conscriptum. Ceterum quamquam id quomodo defendat non suspicari possumus nisi ex nonnullis operis eius locis, tamen eius opinioni nullam probabilitatem tribuendam esse nobis persuasum est. Constat vero librum constitutionum tunc temporis esse conscriptum, cum summa rerum non penes Gundobadum solum fuit, sed Gundobadus et frater Godegiselus regnum inter se divisum habebant. Quamquam uterque frater eisdem iuribus utebatur, tamen Gundobadus priorem locum obtinebat, quod, aliis praetermissis, ex ipsius libri constitutionum titulo tertio concluditur et ex eis quae scriptores rerum Burgundicarum de hac re narrant. Communiter igitur a fratribus leges latas esse, etiamsi historiae nihil prodiderunt, non licet negare, itaque res similiter atque in imperio Romano videntur sese habuisse. Librum autem constitutionum existimaverim a Gundobado solo compositum esse atque in iis tantum partibus regni Burgundici, quae Gundobadi erant, valuisse. Neque tamen verisimile est, Godegiselo anno* 500. *regno spoliato, illum librum constitutionum in eis regni partibus separatim emissum esse, quae in illius dicione fuerant, quamvis ibi eas ratas fuisse constet.*

*Edito libro constitutionum Gundobadus leges condere non destitit. Iubet enim prima constitutio iudices 'secundum leges' iudicare et id quod 'legibus non teneatur insertum' ad regem referre. Hoc fortasse causae fuit, et cur ne edito quidem libro constitutionum reges Burgundionum leges condere desierint, et cur, cum lites iudicarentur, ex causis specialibus generales regulae a legislatore derivari solerent. Huiusmodi exempla nonnulla tradita sunt; cfr. Lib. const. tit.* 50. 51. 52. 75[2]. *Ratio autem inter librum constitutionum atque leges postea latas haec erat, ut nonnullae leges novellae loco earum legum ponerentur*

1) *Cfr. etiam Lib. const. tit.* 55: quamlibet olim fuerit constitutum. 2) *Praeter ius scriptum in constitutionibus depositum ius non scriptum, sc. consuetudines, latius patet. Quae in contextu est*

*quae erant immutandae vel emendandae, ut etiam leges forma et nomine singularium titulorum in librum constitutionum reciperentur, ut denique leges ferrentur, quae omnino non in librum recipiendae fuerunt; cfr. Const. extr. 19. 20. Quae ratio etiam a Sigismundo, qui Gundobado patri successit, observabatur; an etiam a Godomaro, qui ultimus regum Burgundicorum erat, observata sit, maxime, si Const. extr. 21. respicimus, dubium videtur esse.*

*Quod autem ad ea statuta libri constitutionum attinet, in quorum loco, ut supra explicavimus, novellae posteriores positae sunt, nonnulla eorum tradita sunt, itemque nonnullae leges ante librum constitutionum editum promulgatae. Scriptores librarii eiusmodi leges Burgundicas ad finem libri constitutionum adiungebant, primo non adnumerantes eas libro neque numeris notantes; cfr. codices A 3. 4. Progrediente autem tempore scriptores librarii, vim horum additamentorum ignorantes, has leges primo in indice rubricarum titulorum, ubi commemorabantur, deinde etiam in contextu libri constitutionum huius corporis titulis adnumerabant, continuis numeris eas notantes.*

*Eae contra leges novellae, quae ut cum libro constitutionum coniungerentur eumque amplificarent editae erant, a magistratu quodam, fortasse a cancellariis regis, libro constitutionum insertae esse putandae sunt, neque ubi collocarentur videtur voluntati atque arbitratui eorum, qui privatim librum transscriberent, fuisse permissum. Nam si ita res se habuisset, ordo titulorum legis Gundobadae non idem esset in omnibus codicibus manuscriptis; est autem nonnullis titulis, qui omissi sunt, exceptis non solum in contextu libri, sed etiam in indice rubricarum ille idem ordo.*

*Hanc libri constitutionum formam, qualis tradita est, novellis mutatam licet librum emendatum appellare. Pristina autem eaque genuina forma neque servata est neque, quamvis diligenti hac in re collocato studio singulae fere novellae exsecentur, integra poterit restitui. Libro constitutionum comparato cum lege Romana efficitur, ordinem titulorum insertis novellis quam minime esse commutatum neque ullos titulos libri, qualis pristina fuerit forma, omissos esse. Quaestionibus autem de singulis titulis institutis ostenditur numerum titulorum pristini libri constitutionum haud magnopere discrepuisse a numero titulorum nobis servatorum.*

*Denique, si ordo titulorum legis Romanae ordinem titulorum libri constitutionum, non, quod contrarium est, ordo libri constitutionum ordinem legis Romanae secutus est, id quaeritur, qua ratione adductus Gundobadus hunc ordinem constituerit. Qui tituli inter se adeo non coniuncti sunt, ut nullo pacto credi possit legis conditorem Burgundicum iuris Romani exemplo usum esse, eademque causa etiam ii refelluntur, qui legis conditori corpus legum Visigothorum praesto fuisse putant, etiamsi non negem, immo potius affirmem, interesse aliquem connexum inter leges Burgundionum et leges Visigothorum. Mea quidem sententia Gundobadus in componendo corpore legum in universum eum ordinem titulorum secutus est, quem in eis constitutionibus regum invenit, quae iam in regno Burgundico collectae exstabant. Recte enim iam Bluhme, LL. III, p. 525. ex initio primae constitutionis planum fecit, iam ante quam Gundobadus corpus legum ederet collectas fuisse constitutiones; unde elucet ordine constitutionum quodammodo — cautissime tamen — ad temporum rationes exquirendas uti nobis licere.*

*Nomine 'Constitutionum extravagantium' eas constitutionum regum Burgundionum nobis traditas complecti solemus, quas liber constitutionum novellis amplificatus et divisus in 88 titulos non habet. Ex iis quae iam diximus atque ex annotationibus quibus has constitutiones illustravimus efficitur, has esse partim constitutiones parentum Gundobadi, ab*

*commemorata lex constitutionis primae vim consuetudinum re vera non resecat; si occasio fert, in ipso libro constitutionum consuetudines commemorantur, cfr. tit. 46. 51. 60.*

*ipso Gundobado a libro constitutionum seiunctas, partim constitutiones, quae cum antea libri constitutionum essent, novellis ex libro submotae sunt, esse denique constitutiones quae, quamquam libro constitutionum minores sunt aetate, tamen nunquam in librum ipsum receptae sunt. Quae constitutiones fere fragmenta sunt legum in Burgundia latarum, partim in constitutionum libro partim extra librum servata (cfr. etiam Libr. const. tit. 4, § 7, quo loco lex nobis non nota 'De caballis inventiciis' commemoratur), eaque non levis momenti ad intelligendum progressum et iuris regni Burgundici et omnino iuris Germanici.*

*Neque Gundobado neque Sigismundo et Godomaro, qui ei successerunt, regibus liber constitutionum publice retractatus est. Post exitium domus regiae regno Burgundico everso (c. 532—534), auctoritas iuris Burgundici remansit. Ut prioribus temporibus, etiam regibus Francorum dominantibus ius, quod constitutionibus regum Burgundicorum continebatur, ratum erat; cfr. Form. Marc. I, 8, LL. Form. p. 48. Numerus legum a regibus Burgundicis latarum non augebatur, quia propriae leges Burgundionibus non datae sunt. Progrediente autem tempore ii, qui iure Burgundico utebantur, simpliciter et in Gallia et in Italia 'Guntbadingi, Guntbodingi, Gundobadi' appellabantur; v. LL. Cap. I, p. 58 (a. 789); p. 77 (a. 794); cfr. c. 14. C. 22, qu. 5; Cartular. Langob. LL. IV, p. 595. Hanc significationem cum appellatione, qua liber constitutionum notari solet, legis Gundobadae — cfr. LL. Cap. I, p. 170 (a. 801—813); LL. III, p. 505; IV, p. 595 — atque cum professionibus iuris — cfr. Bernard, Chartes de Cluny I, p. 176, n. 189 (a. 912):* secundum lege mea Gonbada; *Mon. Hist. Patriae I, p. 584 (cart. a. 1055) — artissime cohaerere manifestum est. Frustra autem in leges Agobardus archiepiscopus Lugdunensis IX. saeculo 'libro adversus legem Gundobadi' invectus est. Qui eum imperatori Ludovico, ut legem Gundobadam tolleret, persuadere studeret, cum quod mala esset, ut ab homine sectae Arianae lata, tum quod 'perpauci homines' essent, qui eam sequerentur, postulavit, ut omnes una lege regerentur; cfr. LL. III, p. 504. 505. Plane aliter atque Agobardus saeculo VI. de Gundobadi legibus iudicaverat Gregorius Turonensis, qui in Hist. Franc. II, 33, SS. R. Mer. I, p. 96, haec verba facit:* Gundobadus Burgundionibus leges mitiores instituit, ne Romanos obpraemerent. *Etiamsi quae in professionibus iuris X. et XI. saeculi lex Gundobadae commemoratur non ad solum librum constitutionum, sed potius ad totum ius Burgundionum spectat, tamen mihi quidem dubium non est, quin verba Wiponis, quae in Gestis Chunradi II, c. 38, de hoc imperatore anno* 1038. *ex Italia redeunte leguntur, ad librum constitutionum referenda sint. Quae verba sunt:* Eiusdem anni autumno Burgundiam adiit et convocatis cunctis principibus regni generale colloquium habuit cum eis et diu desuetam atque pene deletam legem tunc primum Burgundiam praelibare fecerat; *SS. XI, p. 273. et ed. 2. SS. R. Germ., Wipo p. 44.*

*Quae de iure Burgundico posterioribus temporibus tradebantur, ad consuetudines recentiores Burgundiae medii aevi referenda sunt; cfr. LL. III, p. 506.*

*Id quod de historia legum a Burgundionum regibus latarum disputavimus, si omne spectas, cum eorum hominum doctorum recentioris aetatis sententia concinit, qui de hac re quaesiverunt. Una enim cum Binding, Brunner, Schroeder affirmamus Gundobadum libri constitutionum unam tantum redactionem fecisse, qui liber postea legibus novellis haud paucis amplificatus est. Dissentiunt ii, qui illum librum identidem, bis vel ter, tractatum esse dicunt, primum et alterum plerique aiunt a Gundobado, tertium a Sigismundo, cuius editio una integra servata sit*[1].

1) *Bouquet l. c. IV, p. 252, cfr. praef. p. VIII, 255. not.: 'cum Lindenbrogio crediderim, eam a Gundobaldo haeretico prius datam, a filio suo Sigismundo catholico emendatam fuisse atque promulgatam qualis nunc exstat.' Eandem fere sententiam etiam v. Savigny sequitur, qui maximam partem constitutionum a*

*De temporibus, quibus liber constitutionum denuo retractatus sit, summa virorum doctorum dissensione certatur, cum anni 451. 472. 480—490. 501. 517. dicantur. Quo modo vero ille sit retractatus, tanta sunt in varietate et dissensione, ut molestum sit singulas dinumerare sententias. Duo tamen afferam argumenta, quae maioris fuerunt momenti in hac de lege Gundobada quaestione. Gaupp igitur, qui librum constitutionum uno eodemque tempore conscriptum esse negat, praecipue in titulos 42. et sequentes inquirens, conicit, id quod in universum recte se habet, in compluribus horum titulorum leges inesse quae, quamquam Gundobadi sint, tamen in numero novellarum habendae sint, eo scilicet consilio conscriptae, ut quod tunc fuerit ius commutarent aut lacunam quandam legum explerent*[1] *(l. c. p. 303. 305. 316). Deinde Wilda in 'Jahrb. für wissenschaftliche Kritik' (1836) p. 609, Strafrecht p. 109, ostendit, constitutiones, quas editiones legis Gundobadae nomine additamenti I. amplecti solebant (= Const. extrav. 2—18; L. Rom. tit. 17. 44), non esse simplicem et unam collectionem legum ea de causa compositam, ut legum iam exstantium supplementum essent, sed esse potius collectionem legum posterioribus demum temporibus ab hominibus privatis libro constitutionum additarum. Quod plurimi homines docti, qui in hanc rem inquisiverunt, in eisque iam Gaupp, deinde etiam Bluhme, falso neglexerunt.*

*Sed qua re perducti homines docti librum constitutionum iterum ac saepius publice retractatum esse posuerint, intelligemus, si quomodo prima constitutio tradita sit respiciemus. Editiones enim secuti ac codicum fidem verbis, quae sunt:* Vir gloriosissimus Gundobadus rex — sumpsimus statuta perscribi *(= pr. const. nostrae edit. forma A) vim propriam inesse putarunt, nomine primae praefationis (praefatiunculae) haec verba notantes eaque priori legis Burgundionum formae a Gundobado institutae adscribentes. Inscriptionem eumque publicam libri constitutionum verba esse statuerunt, quae in codicibus initium faciunt primae constitutionis:* In Dei nomine anno secundo regni domni nostri gloriosissimi Sigismundi regis liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus et datum sub die IIII. Kalendas Aprilis Lugduno. *Prima igitur constitutio, nonnunquam secunda praefatio nominata, ab hisce verbis incipiebat:* Amore iustitiae *(= pr. const. § 2. nostr. ed.).*

*Ut autem probemus praefationem usque adhuc primam dictam ipsi primae constitutioni esse adnumerandam, ita ut vim prooemii habeat, inscriptionemque, quae adhuc fuerit, neque libri constitutionum neque primae constitutionis esse, argumenta quae sequuntur afferamus.*

*Primam constitutionem, si coniunctam putaremus cum verbis quae adhuc inscriptionem viri docti appellabant, seiunctamque a praefatione quam dicunt primam (= pr. const. A), vitiose, minime integram traditam esse manifestum esset. Lege enim a verbis:* Amore iustitiae — studuimus ordinare *(= pr. const. § 2.) incipiente, quisnam est, qui haec verba facit? Nescimus. Suum autem nomen is qui loquitur non edit: nam qui rex in inscriptione appellatur non loquentem se introducit, sed factum quoddam, scilicet dies quo liber constitutionum regis editus sit, in inscriptione illa affertur. Contra res plane aperta est, si illud enuntiatum:* Amore iustitiae — studuimus, *arte con-*

*Gundobado conscriptum, librum constitutionum qualis nunc extat anno 517. a Sigismundo compositum esse contendit.*

1) *Davoud-Oghlou et, qui eum sequitur, Warnkönig eiusmodi ordinem singularum constitutionum esse coniciunt: Lib. const. tit. 1—41. a. 471, tit. 42. a. 501, tit. 43—45. a. 502, tit. 46—52. a. 506. aut 512, posterius tit. 53—62, tit. 63—84. una cum prima parte primae constitutionis alteraque editione totius operis extrema Gundobadi aetate, additamentum I. leges diversorum temporum continens Sigismundo, additamentum II. Sigismundo aut Godomaro adscribendum esse. Perspicuum est hanc opinionem nihil aliud esse, quam sententiam illam quidem a Gaupp prolatam, sed falso explicatam.*

*iunctum legimus cum praefatione quam dicunt primam (= pr. const. A). Legislator qui loquitur idem est atque is, qui initio nomen suum iam edidit legisque latorem se esse affirmat.*

*Quodsi iam haec quae modo exposuimus argumento sunt, inscriptionem in eum locum non quadrare, quem in codicibus, qui soli prologum primae constitutionis formae A habent, et in editionibus obtinet, quaestio exsistit, quonam modo eo aberrare potuerit. Iam illud tenendum est, in codicibus, qui omnes, si A 1. 2 exceperimus, paragraphum illam non habent, inscriptionem non solum locum habere paragraphi primae, sed etiam initium facere totius libri constitutionum. Res ita explicari potest, ut fuisse codices manuscriptos ponamus, qui omnino inscriptione carerent, haberent autem praefationem quam dicunt primam, eamque recte antecedentem verbis* Amore iustitiae; *postea additam inscriptionem aliisque in codicibus aliter descriptam esse, ita ut eis et praefatio prima illa et inscriptio continerentur, eaeque suo ordine, inscriptione antecedente; deinde omissam esse praefationem primam genuinam a scriptoribus librariis, quibus inscriptio sufficere videretur, quod haec prima praefatio argumentum inscriptionis explicaret neque ullam iuris regulam contineret — quam primae constitutionis formam plurimi codices servati praebent —; postremo alios scriptores librarios praefationem primam genuinam ex iis codicibus, qui principalem formam primae constitutionis habebant, recepisse, inscriptione tamen post eam perperam retenta.*

*Si quis putaverit fieri non posse, ut quae codices habeant hac ratione explicentur, certe opinio nostra probari videtur inscriptione de qua agitur primae constitutionis diligenter spectata. Qua ex re id primum apparet, inscriptionem ex compluribus partibus compositam esse, deinde, ullum argumentum ad exquirendum tempus, quo liber constitutionum conscriptus sit, ex inscriptione elici non posse. Haud levis igitur in hac re momenti mea quidem sententia id est, quod singulorum codicum inscriptiones quam maxime inter se discrepant, quarum inscriptionum verba:* liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus *veterrima pars esse videntur. Tempus, quo liber confectus sit, quod quidem ex inscriptione cognoscamus, si lectio, quae est:* gloriosissimi Sigismundi, *probatur, est dies 29. mensis Martii anni* 517. *Eundem diem etiam in fine tit.* 52. *libri constitutionum legimus, de cuius subscriptionis integritate dubitari non potest. Praeterea autem indicium Sigismundi regis, quod titulo illo continetur, 'ad vicem mansurae in aevum legis prolatum' esse, hancque legis vim ei non postea ex occasione quadam, fortasse cum iterum liber constitutionum ederetur, attributam esse, cum ex universi iudicii tenore tum ex verbis:* consideratio sanctorum dierum *sequitur. Nam in diem festum Paschae — ad solemnitatem enim Paschae haec verba spectant —, qui dies anno* 517. *erat* 26. *mensis Martii, dies constitutionis optime quadrat. Deinde si prima verba huius tituli* 52. *respicimus:* quotiens eiusmodi causae consurgunt, de quibus nihil praecedentium legum statuta iusserunt, *ne cogitari quidem potest, regem lacunas legum non ignorantem eodem die et talem lacunam singulari lege explevisse, et librum constitutionum edidisse retractatum, nulla retractationis mentione facta; cfr. Gaupp, l. c. p.* 314; *Brunner, l. c. p.* 338. *Nec minus gravibus causis prohibemur, ne lectione illa, quae est:* gloriosissimi Gundobadi, *retenta, inscriptionis tempus recte se habere putemus. Quod si ita esset, conscripta esset aut priore dimidio octavi decennii V. saeculi aut anno* 502, *prout annos regni Gundobadi ab eo anno, a quo solus regnavit, computamus, aut ab eo, a quo omnino, una cum fratribus, regnum iniit. Id quidem non affirmaverim mirum esse, quod legum lationis tempora non annis consulum Romanorum, sed annis quibus regnavit Gundobadus definiuntur; sed id velim observatum veri dissimillimum esse, annos regni Gundobadi ab eo anno demum computatos esse, a quo solus regnaverit. Praeterea id quoque animadvertendum est, verisimile non esse, Gundobadum iam secundo anno regni sui collectionem suarum ipsius*

*constitutionum instituere potuisse; et si Gundobadus anno* 502. *librum constitutionum iterum retractandum curavisset, novellas leges in angustum cunctas et certo ordine in retractatum librum receptas esse certum est; cfr. praecipue tit.* 42. 45. *Sin autem de libro constitutionum ab ipso Gundobado composito ac retractato agitur, miramur, cur primae constitutionis paragrapho prima, quamquam alterius tractationis sit necesse est, nulla fiat mentio antiquioris illius corporis legum. Neque hoc negligendum est, quam inepte verba* et datum *iis quae antecedunt adiuncta sint. Scriptores librarii cum hoc animadvertissent, verba* et datum *in* aedetum, aeditus, editus *commutarunt. Deinde ipsi Burgundionum reges, neque Gundobadus neque Sigismundus, corpus legum, constitutiones a Gundobado collectas, unquam nomine libri constitutionum appellant. Qua re id quoque probari videtur inscriptionem non regum Burgundionum, sed Francorum demum temporibus conscriptam esse.*

*Has igitur partes inscriptionis distinguimus: Prima pars continet verba:* In Dei nomine. *Nonnulli codices his verbis carent: B* 1. 2. 4; *duo codices habent:* In Christi nomine *(B* 7. 8*). Secunda pars hisce verbis efficitur:* anno secundo regni domni nostri gloriosissimi Sigismundi regis. *Codices A* 4 *et B* 11 *mutarerunt verba* anno secundo regni *in* agnoscendae fidei. *Nonnullis autem in codicibus pro verbis* Sigismundi regis *verba* Gundobadi regis *leguntur, sc. A* 4. *B* 5. 7—11. *Hoc cum eo, quod omnibus notum erat, Gundobadum auctorem esse legum Burgundionum cohaerere, vix negari potest. Sed etiam hoc cogitari potest verba* Gundobadi regis *tertiae parti esse attribuenda, ut in codicibus quos memoravimus A* 4. *B* 5. 7—11. *nomen Sigismundi non in nomen Gundobadi mutatum esse putemus, sed potius, ut in ceteris codicibus A* 1. 2. 3. *B* 1. 2. 4. 6 *Gundobadi nomen, ita in illis Sigismundi omissum esse. Sed quod ne unus quidem codex neutrius, neque Gundobadi neque Sigismundi nomen habet, hanc quaestionem disceptare supersedeo. Tertia eaque principalis pars verbis continetur his:* liber constitutionum de praeteritis et praesentibus atque in perpetuum conservandis legibus. *Haec verba argumentum ipsius primae constitutionis breviter explicare, certo confirmari potest. Neque hoc praetermitti oportet, codicum B* 7 *et B* 8 *partem secundam et tertiam, easque arte coniunctas, iam amplificatas esse atque etiam in codice B* 5 *inter verba, quae sunt* regis *et* liber, *aliquid interpositum esse. Quarta denique pars constat ex verbis:* et datum sub die IIII. Kalendas Aprilis Lugduno: *etiam in hac parte codicum nonnullae lectiones variae sunt atque inter se dissidentes.*

*Quae singulae inscriptionis partes qua ratione paullatim compositae sint coniectura sequi omittamus.*

## § 3. *De lege Romana.*

*Constitutionibus regum Burgundionum leges condebantur partim omnibus regni civibus, et Burgundionibus et Romanis, velut, ut exempla afferantur, Lib. const. tit.* 2. 4. 6—10. 13. 15. 17. 21. 22. 26. 28. 31. 38. 44. 47. 49. 50. 51. 55. 57. 67. 84*; Const. extrav.* 8. 12. 19. 20. 21, *partim incolarum parti cuidam, vel solis Burgundionibus, cfr. Lib. const. tit.* 14. 18. 24. 40. 42. 51. 60. 61. 79*; Const. extrav.* 13, *vel solis Romanis. Quae constitutiones ad Romanos solos attinebant, sat rarae erant; itaque dubito Const. extrav.* 17. *his attribuere. Tamen vestigia talium constitutionum in pr. const. § 8. et in L. Rom. tit.* 2. *servata sunt. Lex autem Romana, de qua hoc loco agitur, non constitutio regia, sed potius corpus legum Romanarum iussu Gundobadi regis collatarum est, quae in pr. const. § 8. promittitur 'forma et expositio legum (Romanarum) conscripta', imprimis facta, ut iudicibus instructio praeberetur, 'ut per ignorantiam se nullus excuset'.*

*Lex igitur Romana publice constituta est, sed nota ac forma constitutionis regiae caret: id non solum inde patet, quod a regibus Burgundionum, et a Gundobado et a*

*Sigismundo, et iam antea a 'parentibus' Gundobadi 'ut inter Romanos Romanis legibus iudicaretur' statutum erat (pr. const. § 8; cfr. Const. extrav. 20), sed etiam ex ipso argumento legis Romanae intelligitur; cfr. verba:* sciendum, constat, *vel* omnes agnoscant, custodiant iudicantes, comprehensum est quid iudices debeant observare, *vel* dominus noster statuit observare, ad praeceptionem domini regis, ex praecepto regis convenit observari. *A quibus legis verbis et vocabulis ea diversa sunt, quae in constitutionibus leguntur:* iubemus, praecipimus, decernimus, volumus custodiri, adiecimus, sententiam diximus. *In eo igitur inter se differunt, quod in lege Romana rex numquam loquentem se inducit*[1].

*Comparata lege Romana cum constitutionum libro apparet, quam rationem homines illi, nominibus non noti, qui legem Romanam conglutinaverunt, in componendo ingressi sint. Secuti sunt, id quod dubitari non potest, certum quoddam regis praeceptum. Ordinem titulorum libri constitutionum, qualis pristina forma erat, servantes singulas leges ex iuris Romani fontibus haustas ac quaesitas cum singulis titulis coniunxerunt, quos servaverunt vel paullum in opere ab ipsis redacto mutaverunt.*

*Quod autem non cum omnibus titulis libri constitutionum, qualis traditus est, leges iuris Romani, quae quidem cum iis congruerent, coniunxerunt, etiam hodie potest dici, qua re id factum sit. Nam si qua constitutio forte etiam ad Romanos pertinebat, vel si lex quae congrueret in fontibus iuris Romani omnino inveniri non potuit, hic titulus non recipiebatur. Quos titulos libri constitutionum forma genuina non habuit, eisdem lex Romana, ut res fert, caret, cum qui legem Romanam in ordinem redegerunt, libri constitutionum forma priore usi sint. Deinde nonnunquam, quae in libro constitutionum compluribus titulis continebantur, in unum titulum contracta sunt. Nonnullas denique leges, quarum exempla in libro constitutionum non exstabant, tamen, quod eas quadam de causa illi graviores putabant esse, variis titulis operi extremo adiunxerunt, quorum titulorum rubricas ex fontibus Romanis sumpserunt. Qua re demonstratur, non esse titulos, qui in priore forma libri constitutionum illi quidem fuerint, sed postea ex eo remoti sint.*

*Sunt loci legis Romanae, qui verba et formam legum congruentium libri constitutionum sequantur, cfr. tit. 12. Plurima autem statuta legis ex ipsis fontibus iuris Romani manant. Semel atque iterum, qui legem Romanam conscripserunt, accuratissime, quo ex loco iuris Romani hauserint, saepius neglegentius memorant, nonnunquam omnino omittunt adscribere. Fontes autem, quos in componenda lege Romana consectabantur, sunt: Codex Theodosianus, Novellae post codicem Theodosianum emissum editae, quarum recentissima novella anno 465. (tit. 46). Codex Gregorianus, Codex Hermogenianus, Sententiae receptae Pauli, Institutiones Gai, (contra non Regularum libri Gai, ut imprimis Bluhme et Tardif falso putant. Vide infra not. ad L. Rom. tit. 5. 10. 12). Sed hoc nos animadvertere oportet, illos in conscribendo non solum ipsis verbis legum, ex quibus hauriebant, sed etiam 'interpretationibus' quae dicuntur usos esse, atque saepius magisque interpretationibus quam verbis legum ipsis. Neque Gai quidem institutiones verisimillimum est usurpatas esse, nisi valde in angustum coactas, non similiter pariterque atque eas, quibus auctores legis Romanae Visigothorum usi sunt.*

*Lex quamquam ius Romanum integrum fere reddere solet, tamen haud paucis in rebus ab eo discedit. Sed non est, quod eos, qui illam compilaverunt, inscientiae fontium iuris Romanorum arguamus. Ut enim in describendis legibus aliqua inscientia sententiae, quae primo legi inerat, nonnunquam irrepserit, tamen plerumque hoc statuendum est,*

1) *Excipiendus est tit. 48. cod. A 2 (Cod. Ottobon.), ubi verbum est* praecipimus. *Hoc ipsum certissimo indicio est hunc titulum, quo reliqui codd. et in indice et in contextu carent, interpolatum neque legis Romanae esse. Alias causas haud ita certas afferunt v. Savigny, l. c.* $II^2$, *p. 30; Barkow, l. c. p. 133.*

*auctores legis ius quod tunc apud eos ratum erat, id est ius Romanum vulgare, reddere voluisse. Si hoc respicimus, lex Romana magni est aestimanda.*

*Iam si quaerimus, quo tempore lex Romana conscripta sit, eam haud multo post librum constitutionum exortam esse ex prima constitutione ipsius libri constitutionum efficitur. Neque enim est, quod Gundobadum putemus moratum esse in opere, quod prima in constitutione promiserat, componendo. Legem Romanam, etiamsi paullo minor sit aetate priore libro constitutionum, exeunte V. saeculo conscriptam esse existimemus necesse est*[1]. *Qui scriptores autem primam constitutionem anno* 502. *aut anno* 517. *conscriptam aiunt, legem Romanam post annum* 502. *et ante annum* 506. *(Gaupp), aut post annum* 502. *et ante annum* 517. *(Bluhme et Tardif), aut denique post annum* 517. *editam esse affirmant (v. Savigny).*

*Mirum in modum Haenel aliique probare student, legem Romanam, si ad tempus, quo edita sit, respiciamus, posteriorem, si ad tempus, quo conscripta sit, priorem esse libro constitutionum, cuius rubricas titulorum ex lege Romana depromptas esse dicunt. Hoc teneri nullo pacto posse ea re probatur, quod rubricae titulorum legis Romanae, si ex libro constitutionum originem non ducerent, eis igitur non posteriores essent, ex fontibus iuris Romani desumptae essent. Quoniam vero rubricae titulorum legis Romanae praecipue ex libro constitutionum depromptae sunt, auctores legis sat paucis rubricis, sc. eorum titulorum, quorum exemplum in libro constitutionum nullum erat, fontes iuris Romani sequi potuerunt. Qua re legem Romanam posteriorem esse aetate libro constitutionum demonstratur.*

*Lege Romana Visigothorum anno* 506. *ab Alarico II. edita varie homines docti sunt usi ad exquirendum tempus, quo lex Romana Burgundionum conscripta sit. Nonnulli legem Romanam Burgundionum minorem esse aetate lege Romana Visigothorum affirmarunt: inde enim quod interpretationes legis Romanae Visigothorum manifesto cohaererent cum Burgundionum lege Romana id effici putarunt, huius legis auctores lege Romana Visigothorum usos esse. Alii contra legem Romanam Visigothorum ex hac lege depromptam, itaque aetate minorem esse confirmaverunt. Quae intercedat ratio inter has leges, intelligi potest, si consideramus, interpretationum legis Romanae Visigothorum auctores hanc legem non condidisse vel conglutinavisse, itaque consensum ac connexum, qui inter has leges sit, eo explicari, quod utriusque legis auctores ex eodem fonte hauserint.*

*Legem Romanam iterum ac saepius tractatam esse, id quod Ginoulhiac putat, vix teneri potest, si respicimus totius legis omnino parem formam esse traditam. Atque etiam auctoritas, quam habuit ius Romanum apud omnes regni Burgundici reges, legem neque saepius retractatam neque ab iis, qui Gundobadum secuti sint, abolitam esse ostendit.*

*Sed praeter legem Romanam, cuius auctoritas non infinite valebat, etiam fontes iuris Romani rati erant, inter quos procedente tempore lex Romana Visigothorum primum locum obtinuit. Qua re non solum id explicatur, quod hae duae leges in codicibus sunt coniunctae, sed etiam error ille veterrimus, quo haec lex 'Papiani liber' appellatur, quomodo irrepserit intelligitur. In fine enim legis Romanae Visigothorum pauca verba libri I. responsorum Papiniani leguntur huiusmodi inscripta:* Incipit Papiniani (Papiani) liber I. responsorum. *Cum autem haec verba pro inscriptione legis Romanae Burgundionum, quae lex ea sequitur, haberentur, falsa appellatio libri Papiani orta est. Num error longius ab IX. saeculo repetendus sit, cuius saeculi codices manuscripti eum habent, difficillimum est cognitu. Hoc quidem certum est, quam cautissime agendum esse in explicandis verbis:* lex Papiani, Papiani liber, *quae appellationes in documentis, legibus, catalogis librorum VIII. vel IX. saeculi occurrunt*[2].

1) *Non potest in disceptationem vocari terminus a quo, qui praebetur tit.* 46; *qui titulus ad constitutionem anni* 465. *redit.* 2) *Brunner, l. c. p.* 357. *not.* 15, *verbo* Papiani, *quod legitur in documento anni* 804. *Beyer, Urkundenbuch der mittelrhein. Territorien I, p.* 47, *n.* 42. *(cfr. v. Savigny, l. c. II², p.* 29), *et Zeumer verbis* lege Papiani *legis Rom. Curiensis I,* 4, *LL.V, p.* 307, *not.* 4. *legem Romanam Burgundionum*

*Ex Papiniani libro responsorum exscriptum non fuisse locum principalis legis Romanae Burgundionum et index et rubricae titulorum codicum demonstrant, idemque efficitur ex lege Romana cum libro constitutionum comparata. Falsa igitur legis appellatio non ita exsistere potuit, ut forte inscriptio primi tituli legis inscriptio totius operis facta sit, sed eam exortam esse coniuncta in codicibus lege Romana Burgundionum cum lege Romana Visigothorum statuendum est. Cum autem res ita se habeat, admodum probabiliter conicimus connexum, qui inter legem Romanam Burgundionum et librum constitutionum esset, neglectum esse. Francorum tamen temporibus iam plane ignotum fuisse hanc legem imprimis ad Burgundiones pertinere, id ex eo, quod nullo in codice tota lex Romana coniuncta cum libro constitutionum tradita est, satis certo adfirmare licet. Saeculo deinde XVI. connexu inter legem Romanam librumque constitutionum a Cuiacio intellecto per multos etiam annos hoc opus a viris doctis homini cuidam iuris consulto, quem Papianum appellabant, adscribebatur. Cfr. v. Savigny, l. c. II², p. 23. 26.*

## *II. DE CODICIBUS LEGUM.*

§ 4. *De codicibus libri constitutionum et constitutionum extravagantium.*

*Bluhme in editione sua libri constitutionum et constitutionum extravagantium codices scriptos in tres classes divisit:*

*'Codices primae classis sive integritati proximi' appellantur, qui et in indice et in contextu libri constitutionum 'titulos centum et quinque numeratos' continent; sunt quinque codices, quos appellationibus B* 6. 7. 8. 9. 10 *notamus.*

*'Codices secundae classis sive decurtati' nominantur tres codices, quos notis B* 1. 2. 4 *designamus, 'in quibus de genuino Burgundionum iure nihil omnino additur'; deinde quattuor codices, nostros A* 1. 2. 3. 4, *dinumerat 'codices tertiae classis sive miscellos vel infortiatos', cum partim ex ipso constitutionum libro, partim ex antiquioribus Gundobadi recentioribusque Sigismundi Chlotariique edictis, partim etiam ex Papiano atque Visigothorum Romana iurisprudentia variam incertamque iuris farraginem ipsi decurtatae collectioni adiecissent. Quamquam quod ad singulas res attinet aptissima apud Bluhme rectissimaque verba de codicibus dicuntur, imprimis de eorum auctoritate atque de ratione, quae inter singulos intercedit, tamen quam reddidimus divisio ac distributio in universum falsa est. Nititur in falsa opinione librum constitutionum, retractatum, ut Bluhme putat, iterum vel tertium, ex* 105 *titulis numeratis compositum esse; editio igitur a Bluhme curata eos codices summae auctoritatis facit, qui ex* 105 *numeratis titulis constant.*

*Reicientes distributionem a Bluhme institutam in disponendis codicibus ea re nitimur, quod ad contextum libri constitutionum, qualis in regno Burgundico regnantibus regibus Burgundicis conscribebatur, ii codices proxime accedunt qui ex* 88 *numeratis titulis constant.*

*Primae igitur classi, littera A notatae, eos codices adscribimus, qui aut nihil nisi* 88 *titulos libri constitutionum aut praeter hos constitutiones extravagantes titulosque legis Romanae habent, has constitutiones titulosque tamen non continua numeratione cum verbis ipsius libri constitutionum coniungentes, etiamsi hoc iam factum sit in indice*

*designatam esse putant. Sed hoc observandum est, non solum nonnullos codices nobis traditos legis Rom. Visigothorum eiusque epitomas in fine eum locum Papiniani libri responsorum habere, lege Rom. Burgundionum non insequente, sed etiam, illum bibliothecae Sangallensis catalogum IX. saeculi verbis 'lex Papiani' epitomen legis Rom. Visigothorum (epitomen Aegidii) laudare, plane non legem Rom. Burgundionum; exstat enim etiam nunc codex manuscriptus ad quem locus, quem attulimus, spectat; qui codex legem Rom. Burgund. non continet; cfr. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui (1885), p. 50, n. 308; G. Scherrer, Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen (1875), p. 235, n. 729.*

IN DI NOM ANNO SECUNDO · REGNI DO
NO NOSTRO GLORIOSISSIMO GUNDO
BADU REGIS PLOCUS QUOD LEGITUR



*Facsimile Druck A. Frisch, Berlin.*

rubricarum titulorum; cui classi etiam textus, quem A 1 signavimus, attribuendus est. Quamvis enim codex, quo continetur, ea forma qua traditus est secundum rationem illam distinguendi ad classem A non pertinere videatur, tamen textus ille artissime coniunctus est cum reliquis codicibus classis A.

Classi littera B notatae omnes reliqui codices attribuendi sunt, qui ad librum constitutionum extremum numeratione continua constitutiones extravagantes vel aliquem titulum legis Romanae Burgundionum addunt; huic classi etiam codex quidam (B 7) adscribendus est, qui, quamquam numeratio titulorum continua iam in ipsis libri constitutionum titulis finem habet, tamen ob indicem et, quod proximus est alii codici huius classis (B 8), ad classem B referendus est. Huic classi etiam codicem, quem secutus est Herold, adnumeravimus, quamquam tam parva eius pars tantummodo traditus est, ut certo alterutri classi adscribi nequeat.

Tertia classis, littera C notata, ex eis codicibus constat, qui singulos tantum titulos libri constitutionum continent.

Ordo codicum ad classem A pertinentium hic est:

A 1. Codex Parisiensis 4758, qui olim codex regius 4490 erat, quem Pardessus, Loi Salique (1843) praef. num. XV, et Bluhme, LL. III, p. 516, descripserunt; exaratus saeculo IX, foliis 63'—116. librum constitutionum nonnullasque constitutiones extravagantes continet. Hac autem solum secunda manus pertinet, id est correctio prioris scriptionis per totum librum constitutionum adhibita. Quae manus secunda vix minor aetate sit priore scriptione ipsa. Qua ratione autem is, qui correxit, in corrigendo usus sit, optime tabula nostra demonstratur, in qua imago photographica foliorum 66'. et 67. huius codicis depicta est. Textus a priore manu exaratus ad classem B pertinet. Cfr. infra B 5.

Hunc codicem primo Parisiis inspexi, deinde liberalissime mihi huc Basileam missum initio anni 1889. contuli.

A 2. Codex Parisiensis 4626, olim bibliothecae Matisconensis, deinde Bigotianus 128 sive regius 5189, 2, scriptus saeculo X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 518, Pardessus, l. c. num. VII, Haenel, in Lege Rom. Visig. praef. p. LXXVI, num. 50; p. 210—256. liber constitutionum continetur; constitutiones extravagantes desunt. Quem codicem ipse mense Octobri anni 1888. Parisiis contuli.

A 3. Codex Parisiensis 10753, olim supplementi Latini 215, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 518, Haenel, l. c. p. LXXIX, num. 60, Pardessus, l. c. num. XXV: fol. 49. nomina comitum qui primam constitutionem subscripserunt continentur, fol. 49'—52'. index rubricarum titulorum libri constitutionum et constitutionum extravagantium primaque constitutio, fol. 53. inter finem primae constitutionis atque verba libri constitutionum nonnullae interpretationum particulae legis Romanae Visigothorum inveniuntur; sequitur fol. 53. i. f. — 82'. liber constitutionum, deinde nonnulla fragmenta iuris Romani, post haec usque ad fol. 89'. haud paucae constitutiones extravagantes.

Diligentissimam ac rectissimam collationem a Merkel b. m. curatam, mense Octobri anni 1888. Parisiis ipse cum codice accuratissime comparavi.

A 4. Codex Vaticanus bibliothecae Christinae reginae 1128, olim Alexandri Petavii 377, saeculo X. scriptus, quem Bluhme, LL. III, p. 519, Merkel, ibid. p. 8, Pardessus, l. c. num. LIII, Haenel, l. c. p. XLV, num. 6, descripserunt: fol. 212—232. primo librum constitutionum, deinde haud paucas constitutiones extravagantes, inter quas etiam titulos 17. 44. legis Romanae Burgundionum, continet.

Collatio codicis accuratissima rectissimaque, quam Carolus Dilthey septimo huius saeculi decennio Romae viro doctissimo C. Binding, nunc Lipsiae, tunc temporis Basileae antecessori, curavit, liberalissime in usum mihi tradita est. Quae collatio plenior est ea, quam Pertz curavit et qua Bluhme in editione sua usus est. Quorum utraque collatio cum apographo codicis a J.-E. Valentin-Smith typis expresso comparata, collationem a

Dilthey curatam diligentius atque accuratius codicem reddere documento est, quam Pertzii collationem.

Secundae classi sequentes codices adscribam:

B 1. Codex monasterii S. Pauli in Karinthia, qui et Kruftianus vel S. Blasianus vocari solet, saeculo IX. scriptus, quem Bluhme, LL. III, p. 514, Pardessus, l. c. num. LIX, Merkel, 'Archiv' XI, p. 574—577, Haenel, l. c. p. LXXVIII, num. 56, descripserunt; continet fol. 135—153'. librum constitutionum et legis Romanae tit. 17. Qui codex lacunarum plenus est; plane desunt tituli 6. 8. 19. 28. 34. 38. 42. 45. 46. 49. 51. 53. 54. 60. 69. 73. 74. 75; in fine libri constitutionum tituli item praeteriti 48 (partim); 50. 52 (partim) afferuntur.

Praeter egregiam huius codicis collationem iam anno 1849. a Wattenbach curatam etiam collatio, quam C. Binding accuratissime fecit, liberalissime in usum mihi tradita est.

B 2. Codex Parisiensis 4418, olim Thuanus, dein Colbertinus 82, regius 4496, scriptus saeculo X, quem Bluhme, LL. III, p. 516, Pardessus, l. c. num. VI, Haenel, l. c. p. LXXVI, num. 49, descripserunt; continet fol. 170'—188. librum constitutionum et titulum legis Rom. 17, quae folia titulum columnarum: Lex Burgundionum habent.

Mense Octobri 1888. Parisiis collatione a Weber b. m. accuratissime curata usus iterum codicem contuli[1].

B 3. Codex Parisiensis Lat. nouvell. acquisit. 204, saeculo X. scriptus, quem Delisle in 'Bibliothèque de l'école des Chartes' XXXVII, p. 79. et K. Lehmann in 'Neues Archiv' XII (1887), p. 579—585, descripserunt; continet fol. 59—77. librum constitutionum et legis Romanae titulum 17. Initium codicis primos titulos libri constitutionum continens usque ad tit. 12, § 5. non serratum est.

Mense Octobri 1888. ipse Parisiis hunc codicem contuli.

B 4. Codex Parisiensis 4633, olim Claudii Puteani et regius 5190 cum fragmentis Spangenbergianis, nunc Egertonianis musei Britannici num. 269, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 514, Pertz in Actis Academiae Berolinensis a. 1857, p. 87—96, Spangenberg, Beiträge zu den deutschen Rechten des Mittelalters (1822) p. 185—191. Continet fol. 99'—120. librum constitutionum usque ad tit. 75, § 2 (verb. observare); deinde codex Egertonianus fol. 15, quod folium a codice Parisiensi abscissum est, finem libri constitutionum (a verbo proximus in tit. 85, § 2. incipiens) titulumque legis Romanae 17. continet. Deperdita sunt folia, quae titulos 75, § 2—85, § 2. habuerunt.

Quem codicem a praefectis bibliothecae publicae Parisiensis liberalissime mihi Basileam missum initio anni 1889, folium 15. fragm. Egert. autem mense Aprili 1889. ipse Londinii contuli.

B 5. Codex Parisiensis 4758. Huc pertinet textus codicis principalis, non correctio a manu secunda facta (cfr. supra A 1 et tabulam nostram). Hic primam, non emendatam scriptionem libri constitutionum, legis Romanae tituli 17. et constitutionum extravagantium 2. et 19. habemus; Cfr. super p. 15.

B 6. Codex Parisiensis 4759 A, olim Colbertinus 4917, dein regius 5942, 5, saeculo IX. scriptus, quem Bluhme, LL. III, p. 508. descripsit. Primo librum constitutionum eiusque 105 titulos numeratos continebat, quorum tituli 89—105. constitutiones sunt extravagantes. Ad nos codex valde corruptus pervenit; desunt non solum nonnulla folia, sed etiam initium et finis codicis maxime laesa sunt; cfr. de hac re praeter descriptionem a

1) Necesse est hoc loco, quod Bluhme, LL. III, p. 525, not. n, parum accurate dicit, corrigam. Supra inscriptionem libri const. fol. 170' manus saeculi XVI. vel XVII. (Lindenbrogii?) haec adscripsit: 'G. (?) Jo. Tilii In Dei nomine agnoscendae fide(i) domni nī gloriosissimi Gundobadi regis liber constitutionum', eademque manus fol. 188. haec verba adiecit: '... ex Tilii addit ... 2 capita XX'. Prioribus verbis non editio Tiliana significatur, sed codex Vaticanus, qui fortasse Tilii fuit.

Bluhme curatam etiam exemplum codicis typis expressum editione iam laudata, quam J.-E. Valentin-Smith curavit.

Initio anni 1889. hunc codicem liberalissime mihi Basileam missum contuli.

B 7. Codex Parisiensis 9653, olim supplementi Latini 65, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 509, Pardessus, l. c. num. XXII, Haenel, l. c. p. LXII, num. 27. Continet fol. 3—21'. similiter ac cod. B 6 librum constitutionum et numerum haud parvum constitutionum extravagantium. In indice 105 tituli numerantur, in contextu constitutionum inde a titulo 71. numerus rubricis titulorum additus non est.

Ineunte anno 1889. codicem liberalissime mihi Basileam missum contuli.

B 8. Codex Parisiensis 4417, olim Aniciensis, deinde Colbertinus 826, regius 5159, 5, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 510, Pardessus l. c. num. V, Haenel l. c. p. LXXV, num. 48; continet fol. 160—185. similiter ac B 6 et B 7 librum constitutionum et constitutiones extravagantes haud paucos 105 numeratis titulis[1].

Quem codicem initio anni 1889. liberaliter mihi Basileam missum denuo contuli.

B 9. Codex Eporedianus in archivio capitulari Eporediensi servatus num. XXXIII, scriptus saeculo IX. vel X, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 511, Merkel, 'Archiv' XI, p. 547—553; fol. 74—99. continet 105 titulis numeratis continua numeratione notatis librum constitutionum nonnullasque constitutiones extravagantes.

In conscribenda mea editione tam collatione accuratissima a Bluhme instituta, quam descriptione huius codicis facta 1885. a sacerdote Andrea Merlo, praeceptore in seminario episcopali Eporediensi iuniorum, ut in editione a J.-E. Valentin-Smith curata adhiberetur, usus sum.

B 10. Codex Guelferbytanus inter Blankenburgenses 130, 52, olim Augustanus, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Bluhme, LL. III, p. 512, G. H. Pertz in 'Archiv' VII, p. 777, Merkel eodem loco XI, p. 577. Continet fol. 150—168. pariter ac B 9 105 titulis continuo numeratis librum constitutionum nonnullasque constitutiones extravagantes.

Cum ipse hunc codicem non contulerim, tam collatione diligenter a Merkel b. m. facta quam exemplo typis expresso codicis in editione a J.-E. Valentin-Smith curata usus sum.

B 11. Codex ille, quem Herold in editione sua usurpavit. Qui ab Herold non immutatus, sed variis emendationibus instructus typis expressus est; non solum nominibus comitum, qui primam constitutionem subscripserunt, omissis, sed etiam verbis libri constitutionum in medio titulo 19. abscissis codicis textus quam maxime lacunosus nobis traditus est.

Tertiae classi hi codices adscribendi sunt:

C 1. Codex Parisiensis 4414, de quo cfr. Bluhme, LL. III, p. 590. et Haenel l. c. p. LXVI, num. 32; fol. 159'. a linea tertia usque ad ultimam huius folii titulum 21. et initium tituli 42. (§ 1. et § 2. usque ad verba nubere voluerit) libri constitutionum inter fragmenta Concilii Chalcedonensis habet, cuius folii 159'. apographum liberalitate viri doctissimi L. Delisle, administratoris bibliothecae Parisiensis, mihi praesto erat.

C 2. Codex Monacensis lat. 4115, Cimel. IV, 3, lit. g, scriptus saeculo VIII. vel IX, quem A. Holder, Lex Salica ... nach Hdschr. ... von München (1879). et Pardessus l. c. num. XLVI. descripserunt. Pro appendice legis Salicae hic codex constitutiones tit. 78. 42. 75, easque numeris titulorum 81—83. notatas habet; antecedunt pactus et decreta Childeberti et Chlotarii regum Francorum: in medio titulo 75, § 1. (verbo relinquerit) totus codex nunc desinit. Est igitur dubium, num codex antea etiam alios titulos libri constitutionum continuerit.

1) Constitutionum ultimae rubricae De asinis numerus non additus est, quae autem antecedit, numerum CIIII habet.

*C* 3. *Codices quidam, qui inter appendices collectionis Ansegisianae capitularium Ludovici et Lotharii imperatorum hisque capitularibus insertum titulum* 79. *libri constitutionum habent, cumque titulum diversis locis; cfr. Bluhme, LL. III, p.* 520. *Cuius tituli* 79. *paragraphi* 2. 3. 5. *etiam in Reginonis abbatis Prumiensis librum I. de synodalibus causis sub tit.* 20. 21. *receptae sunt. Sed hic 'ex Capitularibus Ludovici imperatoris, cap. IX.' illuc deprompta esse dicuntur. Et apud Reginonem et in collectionibus capitularium titulus rubricam* De inscriptione temporum *habet, quae etiam in nonnullis codicibus libri constitutionum, ut B* 1—5, *exstat.*

*Codicibus in classes A et B dispositis non id demonstratur, ad editionem et libri constitutionum et constitutionum extravagantium codices classis B nullius vel minoris esse auctoritatis. Hoc iam ea re refutatur, quod nonnulli loci codicum A ex codicibus B sunt restituendi.*

*Hoc loco quaestio exsistit, quae ratio inter codices sit vel quomodo sibi sint propinqui. Inter codices igitur classis A codex A* 4 *longe a ceteris huius classis codicibus distat, saepius lectionem praebens, quae eadem in plerisque codicibus classis B invenitur; A* 3 *contra in verbis libri constitutionum reddendis tam prope accedit ad codicem A* 2, *ut iam hac de causa cum eo coniungendus sit, quamquam eiusmodi indicem codex habet, ut, si rationem respicimus, secundum quam classes A et B dividimus, classi B adscribendus sit. Deinde A* 2 *proximus est codici A* 1; *quorum codicum lectiones, si inter se comparamus, A* 1 *maioris esse in universum auctoritatis facile intellegimus; accedit quod A* 2 *nonnullas habet lacunas. In comparandis enim codicibus A* 1 *et A* 2 *imprimis ii loci codicis Parisiensis* 4758 *respiciendi sunt, quibus secunda manus conspici potest; permultis enim locis, quibus secunda manus non cognoscitur, consentire igitur A* 1 *et B* 5 *videntur, probabile est mendum, quod in codice B* 5 *exstaret, in recensendo praetermissum esse, ita ut eiusmodi loci codici A* 1 *non attribuendi sint. Neque enim eam formam libri constitutionum littera A* 1 *designamus, quae ex priore scriptione codicis Paris.* 4758 *(B* 5*) coniuncta cum emendationibus constat, sed ipsas solas emendationes. Ut autem recte de codice A* 1 *iudicemus, hoc admonendum est.*

*Is, qui hunc codicem possedit, non ignorans eum esse lacunosum emendandum sibi sumpsit; in eligendis igitur codicibus, quorum ad normam corrigeret, diligentissime egisse putandus est. Emendatio autem non tam formae quam verborum necessaria ei videbatur; itaque eius codicis, quem secutus codicem B* 5 *emendavit, non ipsa forma, sed argumentum solum idque, ut coniecerim, non integrum servatum est*[1]. *Quod argumentum nos cogit codicem classi A adscribere.*

*Ut ad codices classis B transeamus, codices B* 1. 2. 3. 4 *inter se arte cohaerere, itemque B* 7 *et B* 8, *artissime B* 9 *et B* 10, *in aperto est. In constituendo autem ordine codicum eam rationem sequamur, ut codices, qui textum libri constitutionum* 105 *titulorum amplificatum habent, iis, qui ad priorem statum atque amplitudinem libri propius accedunt, postponamus. B* 1, *quod verba maxime corrupta atque lacunarum plena praebet, aetate videtur maior esse quam codices B* 2—4. *Codicum B* 2 *et B* 3 *alterum alterius esse apographum, statui non potest; utrique propinquus est codex B* 4, *nonnullis tamen quae ei propria sunt exstantibus. B* 5 *propius accedit ad codices amplificati contextus; ut B* 6 *ita codex B* 5 *verba valde corrupta praebet. Quod ad B* 6 *attinet, scriptor librarius, quorum locorum sententia ei non aperta videbatur, eos emendare conatus quam plurima mutavit, quae omnia sunt inepta. Sed ut quanti pretii esset codex cognosceretur, collatione diligenter facta opus erat; Bluhme, quod eiusmodi collatione carebat, codicis indolem recte*

1) *In codice B* 5 *deest titulus* 79. *qui, cum maior esset, quam ut ab eo, qui correxit, in margine addi posset, ut factum est in titulis brevioribusque locis codicis B* 5, *omissus est; eum etiam in exemplari, quo ille ad corrigendum usus est, defuisse, vix credi potest.*

*perspicere non potuit atque etiam emendationem quandam quae scriptori librario adscribenda est, in editionem suam recepit (tit. 60, § 3). Deinde B 9 ex codice B 10 transcriptum esse non posse, ea re demonstratur, quod in B 10 lacunae quaedam sunt quas B 9 non habet; sed etiam ea opinio, quam defendit Bluhme, B 10 ex B 9 exscriptum esse, mihi non probatur. B 11 in fine posui, quod sat pauca de hoc codice nobis nota sunt atque certa quaedam ratio inter hunc codicem ceterosque codices cognosci non potest.*

## § 5. *De codicibus legis Romanae.*

*Sunt pauci codices legis Romanae, quinque numero, qui continent vel, ut rectius dicam, continerent totam legem Romanam, si integri traditi essent. Unus enim solus integer servatus est; ceterorum omnium maiores vel minores partes desunt. Quos quinque codices classi littera A notatae adscribimus, iisque in classe B eos opponimus, qui singulos titulos legis Romanae et eos coniunctos cum libro constitutionum habent; tertia denique classe, C notata, ii codices continentur, qui singulos titulos legis Romanae eosque non coniunctos cum libro constitutionum praebent.*

*J. Merkel in 'Savigny, G. d. Röm. Rechts' VII², p. 30, codices classis A in duas classes divisit, quarum altera contineret eos, qui melius servatum, altera eos, qui depravatum haberent textum. Quod falsum est. Iam Bluhme, LL. III, p. 582. recte ostendit, utramque a Merkel positam classem 'propriis vitiis laborare' secundamque classem rebus in multis praestantiorem esse classe priore. Codex, quem infra littera A 1 notabimus, cum ceteris aetate maior sit, sat paucis fragmentis iisque lacunosis, traditus est. Atque cum A 2 magis integer servatus sit, ceteri codices nonnunquam meliorem praebent lectionem. Quod autem integrior est reliquis et quod rectiorem habet inscriptionem, codicibus A 3—5 anteponendus est. Propinqui inter se sunt codices A 3 et A 4, A 5 saepe ad lectionem codicis A 2 propius accedente. Perperam autem Ginoulhiac. l. c. p. 540 sq.; p. 569 sq. ex diversa codicum forma concludit, distinguendum esse inter quattuor tractationes legis Romanae. Quod iam ea de causa non probandum esse videtur, quod ea, quibus codices inter se distant, etiam alio modo explicari possunt, praeterea autem codices non eo tempore conscripti esse videntur quo lex retractata esse dicitur; cfr. Bluhme in 'Jahrbuch' II, p. 204.*

*Ad singula haec sunt adnotanda:*

*A 1. Codex Vaticanus Latinus 5766 saeculi VII, quem Bluhme, LL. III. p. 582. descripsit. Continet foliis 44. 45. fragmenta titulorum 28—36. legis Romanae; accuratum apographum illorum foliorum a Detlev Detleffsen curatum Bluhme reddidit in editione sua l. c. p. 583.*

*A 2. Codex Vaticanus 7277, olim Ottobonianus vel Amadutianus, saeculo VIII. vel IX. scriptus, quem descripsit Bluhme, LL. III. p. 584, nonnulla addens de fortuna huius codicis, foliis 1'—23. legem Romanam continet: folium, quod secundum erat et in quo maxima pars indicis inscripta erat, discissum deest. Amadutius in opere suo infra p. 23. commemorato p. XIX. accurate folium 1'. depinxit, atque p. 133—294. legem Romanam typis expressam edidit, qua editione codicem non solum ad verbum, sed etiam ad litteras transscriptum exhibere voluit. Quem codicem transcriptum vir doctissimus C. Ritter, phil. Dr. a Trogen Helvetiae oriundus, vere anni 1890. cum codice comparavit. Emendationes quas adnotavit nota reddam[1].*

1) *Codicis lectionibus secundum C. Ritter datis Amadutianas uncis inclusas addimus:* q̄d (qd), *fol.* 2 ꝓbatis (*p.* 133 probatis), donacionibus (*p.* 136 donationibus), firmatur (*p.* 137 firmabitur), *fol.* 2' conscienciā, evedenter (*p.* 140 conscientiā, evidenter), *fol.* 3 aurifece (*p.* 143 aurifice), racione (*p.* 151 ratione), *fol.* 4 infrigatur (*p.* 155 infrigatur), *fol.* 5 ita ut aut capud aut (*p.* 163 ita ut capud aut), dato (*p.* 165, *l.* 6 data), turbis p (*p.* 166 turbis d), *fol.* 6 quod si res (*p.* 169 quod res), *fol.* 7' quia tercio

A 3. Codex Vaticanus reginae Christinae 1050, olim Petavianus, saeculo X. scriptus, quem descripserunt Pardessus l. c. num. LII. et Bluhme, LL. III, p. 585. Foliis 118'—124'. lex Romana continetur usque ad rubricam tituli 23. Quaternio sequens codicis finem legis Romanae continens servatus non est. Collatione diligentissima a Merkel facta iam a Bluhme adhibita usus sum, quippe quae plenior et certior sit lectionibus diversis ab Amadutio in editione sua redditis.

A 4. Codex Berolinensis 270, olim Petri Pithoei, scriptus saeculo IX, quem descripsit Bluhme, LL. III, p. 588; continet foliis 1—10. totam legem Romanam. Quem codicem aestate anni 1889. a praefectis bibliothecae regiae liberalissime mihi Basileam missum ipse denuo contuli.

A 5. Codex Parisiensis 4412, olim Petri Pithoei, tum Jacobi Augusti Thuani, deinde Colbertinus 904, regius 5159, 3, saeculo IX. scriptus, quem descripserunt Haenel l. c. p. LX, num. 23. et Bluhme, LL. III, p. 587. Continet ille quidem foliis 129—134. legem Romanam, sed a medio tamen titulo VII, § 3, foliis, quae indicem textumque primorum titulorum legis continebant, deperditis. Ipse hunc codicem vere anni 1889. a praefectis bibliothecae publicae mihi Basileam missum contuli atque etiam omnes glossas marginales, quas iam Bluhme l. c. commemorat, inspexi.

Classi littera B notatae adscribendi sunt imprimis codices B 1—5 libri constitutionum, qui solum titulum 17. legis Romanae continent sub numero seu 88, seu 89. libro constitutionum subiectum. Forma textus hi codices sibi sunt quam maxime propinqui, ut iure in unam classem coniungantur. Ad distinguendos hos quinque codices easdem notas retineamus, quas habent codices classis B libri constitutionum. Est igitur

B 1. Codex monasterii S. Pauli in Karinthia.
B 2. Codex Parisiensis 4418.
B 3. Codex Parisiensis Lat. nouvell. acquis. 204.
B 4. Codex Egertonianus musei Britannici 269.
B 5. Codex Parisiensis 4758.

Huius classis etiam est codex A 4 libri constitutionum constitutionumque extravagantium, qui nullo numero addito et in indice et in contextu constitutionum extravagantium fol. 230 II. 231 II' legis Romanae titulum 17. partemque tituli 44. continet. Littera B 6 hunc codicem Vaticanum Christinae reginae 1128 signamus, de quo supra p. 15. conferas.

Inter codices, quos classi C adscribimus, soli C 1 et C 2 sibi genere propiores sunt, non solum quod eosdem titulos legis Romanae continent, sed etiam quod hi tituli omniaque, quae his codicibus continentur, eodem fere modo tradita sunt. Sequitur ex numero reliquorum codicum codex C 3, qui unum titulum una cum C 1 et C 2 habet. Tituli legis Romanae codicibus huius classis C traditi hi sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Titulus | 1. | continetur | C 3. |
| „ | 2. | „ | C 1—6. |
| „ | 3. | „ | C 7. |
| „ | 11. | „ | C 3. |
| „ | 28. | „ | C 1. 2. |
| „ | 41. | „ | C 1. 2. |

Ad singula haec sunt adnotanda:

(p. 178 qui tertio), si agnati (p. 179 si cognati), fol. 8' pditer (p. 187 pdites), fuerat (p. 190 fuerit), incendit̄ (p. 190 incendit), fol. 9' oblaegatis (p. 193 oblegatis), fol. 10 titulū spondioribus (p. 196 titulū sponioribus), fol. 12' patris (p. 215, l. 2 patr.), fol. 13' supscriptio (p. 218 sudscriptio), fol. 14 secund (p. 225 secud), fol. 15' quia (p. 234 quia), fol. 21 agros (p. 269 agrus), fol. 21' st̄ quam si (p. 277, l. 7 st̄ si), fol. 23' maritů (p. 293, l. 3 maritū).

*C* 1. *Codex* *Parisiensis* 4415, *olim Colbertinus* 2459, *regius* 4701, 5, *saeculo IX. scriptus, quem descripserunt Haenel l. c. p. LXVII, num.* 33. *et Bluhme, LL. III. p.* 589. *Foliis* 86'. 87. *codex inter Pauli sententiarum libr. V, tit. IV. V. eos titulos legis Romanae continet quorum rubricae sunt:* II. De omicidiis. III. De luctuosis hereditatibus. IV. De iure postliminio.

*Codicem ipse Parisiis mense Octobri* 1888. *denuo contuli.*

*C* 2. *Codex* *Parisiensis* 4414, *olim Bigotianus vel Memmianus* 98, *regius* 4890, 2, *scriptus saeculo X, quem descripserunt Haenel, l. c. p. LXVI, num.* 32. *et Bluhme. LL. III, p.* 590. *Continet foliis* 135. 136. *eosdem tres titulos legis Romanae ac C* 1 *additis numeris* II. XIII. XII. *Ipse codicem Parisiis mense Octobri* 1888. *contuli.*

*C* 3. *Codex* *Vaticanus* *reginae Christinae* 520, *olim Petri Danielis, deinde Petavianus, scriptus saeculo X, quem Merkel, LL. III, p.* 3. *et Bluhme, LL. III, p.* 590. *descripserunt. Continet folio* 99. *titulos* 2. 11. 1. *legis Romanae. quorum rubricae non numeratae hae sunt:* De homicidiis. De commotionem litium. De patris vel matris donatione vel munificentia ad minorum.

*Inter titulos* 11. *et* 1. *novellae Marciani tit.* 1. *invenitur; et in fine primi tituli legis Romanae scriptor librarius haec addit:* ista supra superiore sent̄. scribenda ē quia posteriorem requesivi.

*Collatione a Merkel b. m. facta, quae iam Bluhme praesto erat, usus sum.*

*C* 4. *Codex* *Montispessulanus* *schol. medic. H.* 136, *olim Petri Pithoei, deinde collegii Trecensis E. II, scriptus saeculo X, quem descripsit Haenel l. c. p. LIX. num.* 21, *in quo codice post legem Romanam Visigothorum folio* 173. *titulus* 2. *nostrae legis Romanae est, cui inscribitur:* In Dei nomine incipit lex Romana. De Homicidiis.

*Apographo huius tituli ab Haenel facto, iam a Bluhme adhibito usus sum.*

*C* 5. *Codex* *Basiliensis* *C. III,* 1, *olim Bonifacii Amerbach, codex transscriptus saeculo XVI. ex codice quodam Murbacensi, quem Haenel l. c. p. XLVI. descripsit. Continet post interpretationem novellae Valent. III. tit.* 3. *'De homicidio casu facto' folio* 101'. *titulum* 2. *legis Romanae Burgundionum qui inscribitur:* Interp̄. de homicidio voluntario, *a ceterorum codicum lectionibus nonnullis verbis discrepantem. Quem partem esse codicis Theodosiani ratus Sichardus a.* 1528. *editioni Codicis Theodosiani fol.* 96. *lin.* 8—23. *ex codice Murbacensi transscriptum inseruit: ipse denuo illum contuli.*

*C* 6. *Alteruter codicum illorum edicti Theodorici, quos* *Pithoeus* *Nivellio bibliopolae typis exprimendos dedit, qui iam non supersunt. Continebat* § 5. *et* 6. *tituli* 2. *legis Romanae. Quomodo autem hae paragraphi in edictum Theodorici receptae sint, intelligi non potest, quod in editione a.* 1579. *plane ab eo separatae expressae sunt; auctor enim illius editionis, editionem a Sichardo curatam secutus, has duas paragraphos putabat non a Theodorico rege Gothorum, sed a Theodorico rege Francorum emissas esse: cfr. LL. V, p.* 168*; Gaudenzi in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte, Germ. Abth.' VII, p.* 45. *not.* 3*; Brunner l. c. p.* 357. *not.* 16.

*C* 7. *Codex* *Parisiensis* 10753, *de quo supra p.* 15 *conferas, continet folio* 8. *inter fragmentum Gai et interpretationem constitutionis* 5. *Theod. Cod. II.* 9. *priorem partem tituli tertii legis Romanae Burgundionum.*

## *III. DE EDITIONIBUS LEGUM BURGUNDIONUM.*

### § 6. *De editionibus libri constitutionum et constitutionum extravagantium.*

1. *Princeps editio est* *Tiliana*, *ab Iohanne Tilio (du Tillet) parata, quae inscribitur: 'Aurei venerandaeque antiquitatis libelli. Salicam legem continentes a Clodoveo Childeberti*

et Clotario christianissimis regibus prius editi et postremum a Carolo Magno emendati et aucti, item leges Burgundionum, Alamannorum, Saxonum, Baiuvariorum, Ripuariorum ex veteribus libris emendatiores et auctiores. Parisiis ex officina Jacobi du Pays 1573'.

Singulis autem huius operis partibus iam ante annum 1557. typis expressis, illa editio non plane nova est, sed collectio est partium iam ante singulatim editarum, inscriptione quae totum opus amplecteretur addita. Tertia pars quae 'Antiquae Burgundionum leges' inscribitur, 95 paginis librum constitutionum constitutionesque extravagantes continet; liber autem constitutionum indice titulorum ac prima constitutione antepositis, nulla inscriptione singulari addita, 89 numeratis titulis constabat; constitutiones extravagantes 'Additamento legum Burgundionum' 20 titulorum, atque 'Additamento secundo' comprehensae erant; erant omnes, si constitutiones iam in titulo 89. libri constitutionum exstantes excipimus, constitutiones extravagantes atque praeterea duo tituli legis Romanae codice A 4 servati (= Addit. I, tit. 1. et 19).

Quae editio princeps codices A 1. B 5. A 4 sequitur. Tilius etiamsi plerumque lectionem codicis A 1 recepit (illis scil. exceptis constitutionibus, qui codici A 1 desunt), tamen saepe codice A 4 usus est; saepe etiam aliquem locum immutavit. Quarum immutationum, quamvis nonnullae emendationes habendae sint, haud paucae tamen falsae atque plane reiciendae sunt.

2. Editio Basilii Iohannis Heroldi, quae inserta est 'Originum ac Germanicarum antiquitatum libris' Basileae per Henricum Petri mense Septembri a. 1557. impressis, p. 149—158: cfr. Merkel, LL. III. p. 28; Bluhme ibid. p. 521. Titulum, qui est: 'In leges Burgundionum Gundobadi Regis praefatio' sequitur inscriptio primae constitutionis, deinde ipsa constitutio, loco nominum comitum primam constitutionem verba eius, qui librum edidit, vel, ut planius dicam, qui illi apographum typis exprimendum dedit, sequuntur: 'nomina autem triginta comitum qui hanc manibus constitutionem subscribentes roboraverunt, brevitati studens omittam'. Textus libri constitutionum in hac editione titulos 1—19. (§ 5) amplectitur; desinit liber constitutionum in verbo constituit, finis deest deeratque fortasse etiam codici manuscripto, quo Herold in editione sua usus est, id quod verbis: 'hactenus quae habere potuimus', demonstrari videtur. Glossae marginales, quae in editione sunt, emendationes eius, qui editionem curavit, videntur esse; litteras autem, quae variis in locis textui insertae sunt, ad notas, quae in appendice sequantur, delegare coniecerim. Eiusmodi autem appendicem opus impressum non habet. Loco rubricarum, si quae longiores erant, qui codicem edidit breviores coartatasque posuit, rubricis quae in codicibus traditae erant cum textu coniunctis. Index capitulorum quem Herold libro suo praemisit codicis auctoritate niti non videtur. Codex ipse (B 11), qui editioni subest, iam non exstat: editio tamen videtur docere verba codicis accurate reddita esse, iis exceptis quae ad res orthographicas et grammaticas pertinent. Complures codices Heroldo praesto fuisse, verisimile non est, si consideramus, quam parvam partem libri constitutionum ediderit. Litterae autem quas commemoravimus singulares, orationi interiectae, non ad varias alii cuiusdam codicis lectiones videntur delegare.

3. Lindenbrogiana editio exstat in Friderici Lindenbruch 'Codice legum antiquarum .... Francofurti apud Johannem et Andream Marnios et consortes anno 1613.' p. 261—308. et 1318—1325. Editori, qui opus inscribit: 'Lex Burgundionum', duae quae antecedunt editiones non ignotae sunt; editione quidem ab Heroldo curata raro utitur, editionis autem principis amplitudinem et formam sua editione imitatus est. Contra in verbis constituendis saepius codices Parisienses B 2 et B 4 sequitur neque desunt lectiones, quae non traditae, sed ab eo, qui opus edidit, emendatae sint. Litteris 'ms.' vel 'mss.' ad codices B 2 et B 4, litteris 'al.' ad editionem principem delegatur.

4. Editio Petri Georgisch, in 'Corpus iuris Germanici antiqui ..., Halae Magdeburgicae 1738.' coll. 333—408. inserta, nova collatione codicum non nititur.

5. Editio Martini Bouquet in 'Rerum Gallicarum et Francicarum scriptorum', tom. IV (Parisiis 1741), p. 253—282. editione Lindenbrogiana nititur. Verba auctoris p. 253: 'Lindenbrogianam editionem contulimus cum duobus codd. mss. regiis 4490 et 5190', cum codicibus A 1 et B 4 usum esse indicio sunt; neque tamen omnibus in rebus hoc factum est, neque lectiones variae a Lindenbruch allatae omnes receptae sunt. Paucis denique rebus verba huius editionis a tertia editione distant (cfr. inscriptionem nominum comitum). Denique in notis nonnulla insunt 'ad explicandum legum sensum'.

6. Editio Pauli Canciani exstat in 'Barbarorum legum antiquarum' (Venetiae 1789), tom. IV, p. 1—41. Etiam haec editio ex Lindenbrogiana manavit, iisdem lectionibus variis redditis quas Lindenbrogiana habet; nova collatione non nititur, nonnullas tamen notas ad rem pertinentes praebet[1].

7. Ferdinandi Walter editio in 'Corporis iuris Germanici antiqui' (Berolini 1824), tom. I, p. 299—350. exstat. In universum editionem Lindenbrogianam reddit, sed — qua re a prioribus editionibus discrepat — lectionibus variantibus aucta est ex fragmentis Spangenbergi (ad codicem B 4 pertinentibus) susceptis; neque lectiones variae editionis Heroldi neglectae sunt; cfr. Walter in praef. ad tom. I. p. X.

8. Monfalconiana editio, cuius titulus est: 'Lex Burgundionum sive edicta regis Gundobaldi ex optimis editionibus collegit et commentationibus varietatem adiecit Ioannes Baptista Monfalcon, Lugduni excudebat Aimé Vingtimier 1857'. Quae editio editionis Canciani verba notasque illa declarantes reddit, neque vero lectiones varias priorum editionum; necnon loci ex Gaupp et Peyré assumpti ad interpretationem identidem afferuntur.

9. Editio, quam Fridericus Bluhme in Monumentorum nostrorum tomo III, (a. 1862), p. 497—578. praebuit, de qua ipse verba facit in praefatione l. c. p. 522—524. Auctoritas huius editionis in eo posita est, quod auctor omnia quae huc pertinerent colligenda sibi sumpsit. Collationibus accuratioribus carebat. Primo titulos 1. et 19. Additamenti I. a constitutionibus regum Burgundionum colligendis seclusit; deinde cum Additamenta I. et II. separari non posse intellexisset, numero CV tituli: De bovibus si quis pignoraverit (A 4. B 6—10) nitens librum constitutionum vel, ut ipse inscribit librum: 'Gundobadi legem inter Burgundiones et Romanos' amplificavit plerosque priorum editionum titulos Additamenti I. (excepit Addit. I, tit. 1. 19. 20) adiciens. Huiusmodi codices B 6—10 secutus contextum 105 titulorum obtinuit titulisque quattuor alias constitutiones, quas 'Legis Gundobadae capitula extravagantia' inscripsit, numeris 106—109. notatas, addidit (nostr. ed. Const. extr. 18—21).

10. Editio, quam C. Binding a. 1880. inscriptam: 'Lex Burgundionum' in 'Fontium rerum Bernensium' tomo I, p. 90—134. emisit. Quae, ut auctor ipse l. c. p. 90. monet, ex editione, quae exstat in LL. III, p. 525—578., ita transcripta est, ut correctior quidem, non plane nova sit. Quamquam autem editionis, quam Bluhme curavit, formam sequitur, tamen numeros titulorum 89—109. ad librum constitutionum referri non posse, auctor ipse confitetur. Editio primo codice Parisiensi 4626 (= A 2 nostr. ed.), deinde omnibus omnino codicibus classis A nititur. Recentioribus collationibus auctor usus est, lectiones varias nisi maxime necessarias non afferens.

11. Editio, quam J.-E. Valentin-Smith inscriptam: 'La loi Gombette' per multos annos iam paratam fore ut haud longo temporis spatio ad finem perducere possit sperat. Is omnes codices nobis notos constitutionum Burgundionum integros edendos sibi sumpsit atque iam nunc compluribus fasciculis annis 1889. et 1890. editis, nonnulli horum codicum

1) Editione Amadutiana legis Romanae usus est Canciani in add. I, 1 et 19.

publici iuris facti sunt. Addidit translatos in linguam Francogallicam nonnullos locos ex Gaupp, Die Germanischen Ansiedlungen und Landtheilungen (1844), deinde translatam praefationem editionis legis Burgundionum a Bluhme curatae. Qua de causa codices legis iisdem notis insigniuntur, quibus Bluhme usus est. Restat, ut moneam, me in conscribenda nostra editione hanc viri illustrissimi Valentin-Smith editionem, quatenus prodierit, examinavisse eaque usum esse.

Ut nihil omittam, moneo constitutionem extravagantem 20. separatim a Pardessus in nova 'Diplomatum, chartarum etc. prius a Bréquigny et la Porte du Theil collectarum' editione, Parisiis (1843), tom. I, sub num. 97. divulgatam, repetitam a Bluhme in 'Jahrbuch des gemeinen Deutschen Rechts' 1857, tom. I, p. 83, constitutionem extravagantem 21. ab eodem editam in eisdem annalibus tom. V, p. 208—213. exstare.

## § 7. De editionibus legis Romanae.

1. Princeps editio legis Romanae est Iacobi Cuiacii. In indice operis a Cuiacio anno 1566. Lugduni apud Guliel. Rovillium editi, quod praecipue codicem Theodosianum continet, verbis 'Papiani liber Responsorum, qui etiam nondum fuerat editus', nostra lex Romana significatur, quae expressa est p. 694—707. Editio 47 titulos habet, quorum in primo rubrica: De pactis inter virum et mulierem et verba Papiniani resp. libri I. ad legem Romanam non pertinentia inveniuntur. Titulus 28. nostrae editionis falsa distributione tit. 12. factus est; titulus 26. nostrae editionis deest: cfr. Barkow l. c. p. IV.

2. In editione secunda codicis Theodosiani a Iacobo Cuiacio anno 1586. Parisiis apud Sebastianum Nivellium curata iterum in indice verba 'Burgundionis IC., qui Papiani Responsorum titulum praefert (alia exemplaria: praetulit) liber' ad nostram legem, quae p. 138—152. expressa est, spectant. Quae editio 46 titulos continet, omissus est tit. 1. prioris editionis; tit. 28. nostr. ed. loco tit. 11. remansit itemque deest tit. 26. nostr. ed.; cfr. Barkow l. c. p. VI, num. 3.

Secunda editio non simpliciter verba prioris reddit[1], sed sat multas emendationes habet.

Sed non solum id quaeritur, num Cuiacius in conscribenda sua editione codicibus quibusdam nobis non servatis usus sit, sed etiam ea exsistit quaestio, utrum editio secunda codicibus nitatur, qui Cuiacio in editione principe praesto non essent, an ea, quibus editiones inter se distent, alio quodam modo sint explicanda. Mea quidem sententia Cuiacius in editione principe codice A 4 eodemque etiam in editione altera paranda, adhibito tamen nonnumquam codice A 5, usus esse videtur. Deinde in titulis 1. 2. 11. codice C 3, in tit. 2. 28. 41. codice aut C 1 aut C 2 usus est. Si diiudicandum sit, uter codex usurpatus sit, indicia nonnulla quidem sed haud magni momenti ad codicem C 2 delegare videntur. Postremo ad verba titulorum 2. 17. 44. editionis secundae constituenda adhibebantur eae editiones, quibus hi tituli una cum aliis iuris fontibus usque ad annum 1586. emissae sunt; usus est Cuiacius in hac altera editione 'antiquis legibus Burgundionum' (Tilii), quas ipse affert initio editionis, deinde Codice Theodosiano edito a Sichardo, ex quo in titulo 2. locum desumpsit, ad quem etiam glossa marginali delegat his verbis: 'al. dominus noster Theodoricus rex Francorum', fortasse etiam editione principe Edicti Theodorici.

1) Editio, quae anno 1586. Genevae emissa est, quorum exemplaria nondum divendita mutato titulo nomine editionis Lugdunensis a. 1593. iterum edita sunt, ex editione principe a. 1566. exscripta est; ea quoque editio, quae Parisiis a. 1607. emissa est, ex nondum divenditis exemplaribus editionis Parisiensis anni 1586. — mutato titulo — videtur constare; cfr. Barkow l. c. p. VI—X.

*Nostra autem opinio, Cuiacium codicibus A 4 et A 5 usum esse, non solum comparatis editionibus cum illis codicibus, sed etiam ea re comprobatur, quod codices Petri Pithoei erant, quem socium in edendo libro (a.* 1566*) se habuisse Cuiacius ipse confitetur. v. Savigny, Merkel, Barkow, Tardif sententiam a nobis refutatam defenderunt Cuiacium et in editione principe et in editione secunda codicibus esse usum, qui nobis servati non sint.*

3. *In collectione fontium iuris Romani sub titulo: 'Iurisprudentia vetus anteiustinianea', Lugduni Batavorum a.* 1717. *emissa, auctor Antonius Schulting p.* 827—854. *hanc nostram legem Romanam 'Papiani liber responsorum' inscriptam edidit. Quae editio quod ad verba attinet*[1] *ex editione Parisiensi anni* 1586. *manavit. In notis praeter lectiones varias editionis principis egregiae explicationes verborum legis praebentur. Repetita est haec editio a.* 1737. *Lipsiae in officina Weidmanniana, et a.* 1744. *curante Ios. Finestresio Cervariae; cfr. Barkow l. c. p. X.*

4. *Una cum 'Legibus novellis* 5 *anecdotis' a.* 1767. *Romae Iohannes Christophorus Amadutius legem Romanam p.* 131—295. *edidit, 'Lex Romana seu responsum Papiani' superscriptam; in superiore parte paginarum legitur textus legis e codice A* 2 *cum omnibus vitiis et notis siglisque accuratissime transcriptus, in media parte textus legis ab editionis auctore 'suae lectioni restitutus' praebetur, in infima denique parte cuiusque paginae leguntur notae, variae lectiones tam editionum priorum quam codicum A* 2 *et A* 3. *Editio, ut codex A* 2, *titulos* 48 *habet, index titulorum deest (cfr. autem tabulam cod. A* 2 *p. XIX). De auctoritate notarum orationem explicantium cfr. v. Savigny l. c. II², p.* 33; *Barkow l. c. p. XXXIII.*

5. *In tomo II. collectionis 'Iuris civilis anteiustinianei', a Gustavo Hugo a.* 1815. *Berolini editae, p.* 1499—1541. *a Friderico Augusto Biener editio legis Romanae recepta est, quae* 47 *titulis constat atque praeter lectiones editionis Cuiacianae Amadutianaeque etiam lectiones varias codicis A* 5 *continet.*

6. *'Lex Romana Burgundionum'* 47 *titulis constans a.* 1826. *ab Augusto Friderico Barkow Gryphiswaldiae edita est. Qua ratione et quo consilio haec editio adornata sit, cfr. praef. edit. p. XXXIII. Recentes collationes editori praesto non erant; quae autem lectiones iam antea in libris impressis prolatae erant, eas quam diligentissime composuit legemque commentario egregio illustravit*[2]; *id potissimum demonstrare contendit, e quibus fontibus genuini iuris Romani unusquisque titulus derivandus sit.*

7. *De editione, quam Fridericus Bluhme in Monumentorum nostrorum tomo III (a.* 1862*), p.* 579—624. *inscriptam: 'Lex Romana, vulgo Papianus dicta, Gundobadi regis iussu composita' titulis* 47 *edidit, ipse ille disseruit in praef. p.* 594. *Excepto codice A* 2 *collationibus auctor nititur vel omnino tunc primum vel denuo ab ipso factis, nonnullasque coniecturas praebet, quarum quamquam plurimae recte sese habere videntur, nonnullas probare non possum; adnotatione critica quam vocant lectiones variae codicum, notis fontes Romani legis, Barkow auctore, afferuntur.*

8. *Editio in 'Fontium rerum Bernensium' tomo I (a.* 1880*), p.* 135—152. *emissa verba editionis a Bluhme curatae reddit.*

*Denique admonemus, Angelum Maium fragmenta, quae servata sint codicis A* 1, *titulos* 28—36 *(nostr. ed.) continentia in 'Iuris Romani anteiustinianei fragmentis', Romae et Berolini* 1823. *et* 1824, *p.* 104—108, *et in 'Scriptorum veterum collectione' tom. I, Romae* 1825. *et* 1831, *part. IV, p.* 80. 81, *edidisse; cfr. Barkow l. c. p. XXI; deinde Antonius*

1) *In praefatione haec lectori auctor dicit: manu exaratorum codicum praesidium si mihi adfuisset, non dubito, quin nonnulla inde quoque potuissent produci, quae in rem meam verterem.* 2) *Specimen editionis a Barkow iam a.* 1817. *editum paginis* 16 *monitum ad lectorem et primum atque secundum titulum legis Romanae habet.*

*Zirardinus anno 1766. titulum 26. ex codice A 2 in 'Imp. Theod. et Valent. novellis legibus' p. 521. emisit. Praeterea una cum aliis collectionibus fontium iuris Romani separati tituli 2. 17. 44 legis Romanae editi sunt a Sichardo, Tilio editoribusque legis Gundobadae; quod iam supra p. 22. commemoratum est.*

*Hanc legem Romanam et edere et in linguam Francogallicam transferre etiam J.-E. Valentin-Smith, in animo se habere mihi indicavit.*

## § 8. *De nostra editione legum Burgundionum.*

*Ex eis, quae de historia legum Burgundionum et de codicibus, quibus traditae sunt, disserui, efficiuntur rationes, quibus in legibus illis edendis uti oporteat, scilicet omnes leges et in una editione comprehendendas et in tres partes esse dividendas.*

*Appellatio libri constitutionum, quae primae parti inscribitur, ex primae constitutionis inscriptione, quam omnes codices praebent, desumpta est. Quam appellationem, etsi non a temporibus regum Burgundionum repetita est, tamen aetate maiorem esse constat reliquis nominationibus, quas praeter eam in codicibus manuscriptis legimus. Memoria multorum saeculorum etiam nomen legis Gundobadae confirmatum est; quam appellationem priori ea de causa postponimus, quod collectionem constitutionum genuinam, a Gundobado exeunte V. saeculo compositam, integram ad nos non pervenisse cognovimus, sed mutatam posterioribus et Gundobadi et Sigismundi legibus. Appellatio autem, quam proposuimus secundae parti, ex se ipsa probatur, constitutionibus iis extravagantibus nominatis, quae ut ita dicam, extra librum constitutionum vagantur. Appellatio denique tertiae partis, lex Romana, omisso verbo Burgundionum, quod supervacaneum videtur esse, si titulum principalem respicimus, codicibus tradita est, et verba, quae exstant in libri constitutionum pr. const. § 8: 'forma et expositio legum (sc. Romanarum) conscripta', ad legem nostram sine dubio referenda sunt; eam autem appellationem temporibus regni Burgundici usitatam fuisse non est veri simile: appellatio denique 'Papianus' plane negligenda est, cum eam falsam esse iam dudum cognitum sit.*

*Restat, ut pauca etiam verba de nostra editione ipsa faciam:*

*Titulorum numeri libri constitutionum legisque Romanae certi sunt; incerti sunt quos constitutionibus extravagantibus adieci; ordo constitutionum extravagantium qualislibet esse potest; ut autem iam Tilius et Bluhme quam maxime potuerunt ordinem codicum secuti sunt, ita in nostra editione id spectavimus, ut ii tituli antecederent, qui in compluribus codicibus certo ordine redduntur.*

*In nonnullis codicibus singuli tituli in particulas quasdam distribuuntur, cui partitioni nostra paragraphorum distributio non semper respondet, cum plane ad meum arbitrium titulos paragraphis disposuerim, quamquam nonnumquam, priores editiones respiciens, minus aptam partitionem servavi. Etiam Bluhme in hac re editionem Lindenbrogianam, itaque Tilianam secutus est, et cum Tilius partitionem suam ex codicibus A 1 et A 4 deprompserit, priores editiones cum his codicibus consentiunt, nisi quod numeri nullo in codice adiecti sunt.*

*Duae praecipue res observandae sunt:*

*Supra exposuimus, quosdam codices in fine libri constitutionum (post tit. 88), eius quasi partem, nonnullas continere constitutiones, quae secundum nostram opinionem, ordine codicum optimorum approbatam, censendae extravagantium, itaque etiam in editione legum Burgundionum numero constitutionum extravagantium adscribendae essent. Editione nostra id demonstrari velim, nonnullis codicibus (B 6—10) eos titulos, qui tit. 88. sequantur, continua numeratione adiunctos itaque librum constitutionum 105 titulorum traditum esse. Utile autem mihi visum est, propriam inscriptionem titulo 89. anteponi.*

*Prima constitutione ea forma, qua primo lata est, codicibus non tradita, nostrae editionis forma A legis Gundobadae genuinae initium restituere conatur; litteris autem 'etc.'*

*ad contextum formae B delegatur; quibus litteris id tantum demonstrare volumus, § 2 cum § 1 cohaeruisse, in dubio tamen relinquentes, an reliquus textus (§ 2 sqq.) olim talis fuerit, qualis in codicibus nobis traditus est. Forma B initii primae constitutionis eam formam exhibet, qua codicibus traditur. Quae auctoritas huic traditioni attribuenda sit, iam supra diximus.*

*Editio libri constitutionum praecipue codicibus A 1 et A 2 nititur, sed non adeo, ut, ubi in iis manifestus error est, haec falsa lectio in textum recepta, rectior lectio inter notas tantum commemorata sit; nam etiam hoc observandum est, lacunas quasdam horum codicum ex aliis codicibus explendas fuisse; omnes autem lectiones in contextum non receptae codicis A 1 vel A 2 inter notas inveniuntur. Apparatus variarum lectionum fortasse maior et inutilis videtur, sed potius ampliora quam minora praebere volui; innumerabilia tamen vitia orthographica et grammatica, quae cum in ceteris codicibus, tum in A 3. B 1. B 6 occurrunt, omisi. Quod ad constitutiones extravagantes attinet, imprimis codices A 3 et A 4 respiciendi erant.*

*Denique ut ad legem Romanam transeam, ex fragmentis codicis A 1 apparet, quam perversum sit, quod in codice A 2, cuius auctoritas fere gravissima est, lectio corrupta sive lacunosa sive mendosa inveniatur, ideo lectiones codicum A 3—5 in notas tantum loco variarum lectionum recipere.*

*Quos locos coniectura emendatos in textu exhibui, uncis inclusi sunt. Nonnunquam etiam priorum editionum lectiones reddidi, Cuiacii — sunt enim, qui eius lectiones tantidem, quanti codicum fidem faciant — Tilianae, Lindenbrogianae, aliarum eo consilio, ut, qua re inter se differrent et quae homines docti emendare vellent, ostenderem.*

*In notis, ad explicandum contextum additis, quam brevissimus esse studui; quod ad eorum disputationes, qui singula accuratius examinant, delegavi, noli putare me, quaecunque illi viri docti exposuerint, sumere; ansas potius, ut ita dicam, praebere volui, ut in eam rem, de qua illi disputaverunt, accuratius inquireretur. In lege Romana maximi pretii esse putavi fontes singulorum statutorum indicari.*

*Prioribus paragraphis qua ratione singulorum codicum cognitionem mihi paraverim, exposui. Restat ut maximas singularesque gratias iis viris agam, qui in conficiendo opere me adiuvarunt, imprimis venerabilissimo investigatori legum Burgundionum J.-E. Valentin-Smith, viris illustrissimis C. Binding, C. Ritter ob officiosum atque utilissimum in parandis codicum collationibus auxilium, praefectis bibliothecarum Berolinensi et Parisiensi, cum codices inspiciendos mihi traderent, viro excellentissimo L. Delisle, quod ut imaginem codicis Parisiensis 4758 photographicam mihi pararem permisit, quae imago a fratribus Bossert Basileae facta est.*

*Dabam Basileae, 15. die mensis Martii* 1890.

*LUDOVICUS RUDOLFUS DE SALIS.*

# *TABULAE CODICUM.*

## *I. CODICES LIBRI CONSTITUTIONUM ET CONSTITUTIONUM EXTRAVAGANTIUM.*

### 1. *Ordo codicum a Fr. Bluhme institutus*[1].

| *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* | *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* | *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *A* | = | *B* 6 | *F* | = | *B* 1 | *K* | = | *A* 2 |
| *B* | = | *B* 7 | *G* | = | *B* 4 | *L* | = | *A* 3 |
| *C* | = | *B* 8 | *H* | = | *B* 2 | *M* | = | *A* 4 |
| *D* | = | *B* 9 | *I* { $I^a$ | = | *B* 5 | | | |
| *E* | = | *B* 10 | *I* { $I^b$ | = | *A* 1 | | | |

### 2. *Ordo codicum editionis nostrae.*

| *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* | *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* | *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *A* 1 | = | $I^b$ | *B* 3 | | *deest* | *B* 9 | = | *D* |
| *A* 2 | = | *K* | *B* 4 | = | *G* | *B* 10 | = | *E* |
| *A* 3 | = | *L* | *B* 5 | = | $I^a$ | *B* 11 | = | *Ed. Herold.* |
| *A* 4 | = | *M* | *B* 6 | = | *A* | *C* 1 | | *deest* |
| *B* 1 | = | *F* | *B* 7 | = | *B* | *C* 2 | = | *Cod. Monac. Lat.* 4115. |
| *B* 2 | = | *H* | *B* 8 | = | *C* | *C* 3 | = | *Codd. Anseg. collect. Capit.* |

## *II. CODICES LEGIS ROMANAE.*

### 1. *Ordo codicum a Fr. Bluhme institutus.*

| *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* | *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* | *Bluhme.* | | *Ed. nostra.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *A* | = | *A* 1 | *F* | = | *C* 1 | *L* | = | *C* 7 |
| *B* | = | *A* 2 | *G* | = | *C* 2 | *M* | = | *B* 6 |
| *C* | = | *A* 3 | *H* | = | *C* 3 | *N* | = | *B* 1 |
| *D* | = | *A* 5 | *I* | = | *C* 4 | *O* | = | *B* 4 |
| *E* | = | *A* 4 | *K* | = | *C* 5 | *P* | = | *B* 2 |
| | | | | | | *Q* | = | *B* 5 |

### 2. *Ordo codicum editionis nostrae.*

| *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* | *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* | *Ed. nostra.* | | *Bluhme.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *A* 1 | = | *A* | *B* 2 | = | *P* | *C* 2 | = | *G* |
| *A* 2 | = | *B* | *B* 3 | | *deest* | *C* 3 | = | *H* |
| *A* 3 | = | *C* | *B* 4 | = | *O* | *C* 4 | = | *I* |

1) *Hic titulus maior aetate esse videtur Libri const. titulo* 33; *cfr. tit.* 76; *Heusler l. c. I. p.* 115. 2) *Cfr. Ducange s. h. v., quod significat: abschneiden, kappen; i. q. Francogall. couper.* 3) *I. e. pugna, Kampf, Schlägerei, Francogall. bataille. Cfr. Diez, Etym. W.-B. I, s. v. battere.* 4) *Haec constitutio fortasse loco tituli* 48. *pars genuini Libri const. erat; cfr. etiam supra tit.* 11.

### XCIV. De[1] navigiis.

[1.] Quicumque navem aut caupulum involare praesumpserit, inferat ei, cuius navis est, solidos XII, et multae nomine solidos IV*: pro caupulo vero solidos IV**, et multae nomine solidos II.

[2.] Si servus hoc fecerit, pro nave CC fustium, pro caupulo vero C fustium ictus accipiat, et ad dominum servi nihil queratur.

### XCV. De[2] viatoribus.

Quicumque mancipium, caballum, bovem, vaccam, equam, vervicem, porcum, apem aut capram perdiderit, et ei veius [extiterit], donet veio ipsi pro mancipio solidos V, pro caballo solidos III***, pro equa solidos II, pro bove solidos II, pro vacca solidum I, pro vervice solidum I, pro porco solidum I, pro ape solidum I, pro capra tremisse.

### XCVI. De[3] fideiussoribus.

Quicumque, tam Burgundio quam Romanus, fideiussor accesserit, et pro fideiussione aut pro quolibet debito mariti res uxoris pigneratas fueriut, nullam calumniam fideiussor habeat pro pignere; ita tamen ut maritus, cui pro debito suo res uxoris pigneratas sunt, apud fideiussorem suum se absolvat et res uxoris, quae pigneratas sunt, restituat.

### XCVII. De[4] canibus veltravis aut segutiis aut petrunculis.

Si quis canem veltravum aut segutium vel petrunculum praesumpserit involare,

*) VI *B* 7. 8. **) III *B* 8. ***) V *B* 6—8.

1 *Extat hic titulis in A* 3. 4. *B* 6 (*laceratus*). *B* 7—10; *in B* 8—10 *sub numero* XCIV. *Rubrica deest B* 7. || 2 navi *A* 4. aut *om. A* 3. 4. caupolus *A* 3; caballum *B* 9. 10. involaverit *A* 3. infert *B* 7. || 3 uavis *om. B* 9. 10. et *om. A* 3. *B* 9. 10. pro caupulo — solidos II *om. B* 7. caupulum *A* 4. 4 et *om. A* 3. *B* 9. 10. || 5 Et si *B* 8. navem *B* 7. 9. 10; navi *B* 8. CC fustes *B* 9. 10; CC fustis *B* 8; ictus accipiat *add. A* 4. *B* 7. caupulum *A* 4. *B* 6. 7. vero *om. B* 7. 8. C *om. A* 3. fustes *B* 9. 10; fustis *B* 8. || 6 ictus *om. A* 4; hictibus *B* 7. et ad — queratur *om. B* 7. ad *om. A* 4. *B* 8. || 7 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 (*laceratus*). *B* 7—10; *in B* 8—10 *sub numero* XCV. *Rubrica deest B* 7. veiatoribus *A* 3. *B* 9, *Bluhme, Bind.* || 8 equam *om. A* 3. 4. berbicem *B* 7. || 9 aut porcum *B* 7. 8. avem *A* 3. capram aut apem *B* 9. 10. aut *om. A* 4. prodederit *A* 3. et ei — extiterit *om. A* 3. 4, *Til., Lind., Bind.* extiterit *ex coniectura, v. supra tit.* 16, 3: exiret *B* 6; steterit *B* 7. 8; exierit *B* 9. 10, *Bluhme.* donet *om. B* 7—10. vigium *A* 4. ipso *B* 7. 9. 10; ipsi *om. A* 3. 4. mancipium *B* 7. 8. || 10 pro caballo solidos III *om. A* 3. pro equam solidos II, pro caballum sol. III *A* 4. caballum *B* 6—8. equam *B* 7. 8. pro bovem optimum *A* 4; pro bovem *B* 7; pro boves *B* 10. vaccam *B* 7. || 11 pro vervice solidum I *om. A* 3. *B* 8. verbice *A* 4; berbicem *B* 7. pro ape solidum I *om. A* 4. *B* 8. apem *B* 7. 9. 10. || 12 capram *B* 7. tremisso *A* 3; tramisse *B* 8; tremesse I *B* 6; denarios IIII *B* 7. || 13 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 (*laceratus*). *B* 7—10; *in B* 6. 8—10 *sub numero* XCVI. *Rubrica deest B* 7. || 14 Borgundio *A* 3. *B* 7. de fideiussorem *A* 4. accederit *B* 8; acceperit *A* 4, *Til., Lind.* et *om. A* 4. pro fideiussore *B* 8. || 15 pro *om. A* 3. 4. quodlibet *A* 3; qualibet *B* 9. 10. debitores *A* 4; debitum *B* 7. 8. mariti *om. A* 4, *Til., Lind.*; marito *A* 3. res *om. A* 4. uxores *B* 8. pigueratas] *sic B* 7—10; pignerata *A* 3. 4. fuerint — uxoris pigneratas *om. A* 3. 4, *Til., Lind.* fuerit *B* 8. nulla *B* 7. || 16 cui] a quo *ex coniect. Bluhme.* pro debitum suum *B* 7. 8. uxore *B* 7. 8. || 17 pigneratas] *sic B* 6. 8—10; pignerata *B* 7. uxores *B* 8. qui *A* 3. 4. *B* 7. 9. 10. pigneratas] *sic B* 8; pignerata *A* 3. 4. *B* 7. 9. 10. || 18 restituas *A* 3. || 19 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 (*laceratus*). *B* 7—10; *in B* 8—10 *sub numero* XCVII. cauis *A* 4. veltrais *A* 4; veltrareis *A* 3; veltrecbis *B* 9. 10. vel seguciis *A* 3. aut segutiis aut petrunculis *om. B* 7—10. || 20 canum *A* 3. *B* 10. veltravium *B* 6; veltraum *A* 4. segutio *B* 9. 10; segucium *A* 3. petrunculo *A* 4.

1) *Cfr. supra tit.* 4; *Const. extrav.* 3. 9. 10. 2) *Cfr. supra tit.* 16; *Const. extrav.* 15, 6. 3) *Cfr. supra tit.* 19. 82; *Const. extrav.* 21, 8; *Schroeder l. c. p.* 308. 4) *Cfr. supra tit.* 4; *Const. extrav.* 10.

iubemus, ut in conventu[1] coram omni populo posteriorem ipsius canis osculetur, aut V* solidos illi, cuius canem involavit, cogatur exsolvere, et multae nomine solidos II.

### XCVIII. De[2] acceptoribus.

Si quis acceptorem alienum involare praesumpserit, aut VI uncias carnium acceptor ipse super testones ipsius comedat, aut, certe si noluerit, VI solidos illi, cuius acceptor est, cogatur exsolvere, multae autem nomine solidos II.

### XCIX. De[3] venditionibus, quae sine testibus scribuntur.

[1.] Si quis mancipium aut agrum aut vineam aut aream vel domum factam in quocumque loco comparaverit, iubemus, ut, si non fuerit** firmata aut subscripta**, pretium perdat; certe si loci illius consistentibus scriptura ipsa subscripta aut signata non fuerit, aut septem aut quinque testibus.

[2.] Certe si quinque testes ad praesens inventi non fuerint, tres idoneos testes loci illius consistentes, quorum fama numquam maculata est, praecipimus subscribendos: certe si non, invalidam scripturam ipsam iubemus esse.

### C. De[4] mulieribus, quae se voluntate sua ad maritum tradunt.

Quaecumque mulier Burgundia vel Romana voluntate sua ad maritum ambulaverit, iubemus, ut maritus ipse facultatem ipsius mulieris, sicut in ea habet potestatem, ita et de omnes res suas habeat.

*) VI *B* 7. 8; sex *B* 6. 9. 10. **) habuerit cartam firmatam ut subscriptionem (ut subscr. *om.* *B* 7; aut subscriptam *Bluhme*) *B* 7. 8. *Bluhme.*

1 in *om.* *A* 4, *Til.*, *Lind.* conveuto *A* 3; conventum *A* 4. *B* 6—8; convictus *ex coniect. Til.*, *Lind.* omnem populum *B* 8. posteriore *A* 4. *B* 7. 8; posteriora *ex emend. edd.* canis *om.* *A* 3. 4. ‖ 2 illius *B* 8. cuius] cui *A* 3. *B* 9. 10. canis involaverit *B* 7. 8. et *om.* *A* 4. ‖ 3 *Extat hic titulus in* *A* 3. 4. *B* 6 *(valde laceratus).* *B* 7—10; *in* *B* 6. 8—10 *sub numero* XCVIII. *Rubrica deest* *B* 7. accepitres *A* 3; accipitris *B* 9. 10; acceptorem *B* 8. ‖ 4 accipitrem *B* 9. 10; accepitrem *A* 3. aut] iubemus eum (eum *om.* *B* 9. 10) ut *B* 7—10. carnem *A* 3. 4. ‖ 5 accipitrem *A* 3; accipiter *B* 9. 10; acceptorem *B* 8. testonis suos *B* 7; testiculos suos *B* 8. ipsius *om.* *A* 4. *B* 7. 8. *Til.*, *Lind.* aut *om.* *A* 3. *B* 7—10. illi *B* 7. 8. cui *B* 8—10. ‖ 6 accipiter *A* 3. *B* 9. 10. autem *om.* *B* 8. ‖ 7 *Extat hic titulus in* *A* 3. 4. *B* 6 *(valde laceratus).* 7—10; *in* *B* 8—10 *sub numero* XCIX. venditione *A* 4; vindictionibus *B* 9. 10; vinditionibus *A* 3. qui *codd.* aut vinea aut eria *add.* *B* 7. ‖ 8 terra, *om.* vineam aut aream, *B* 7. ariam aut, *om.* vel, *B* 8. ‖ 9 quacumque *A* 3. 4. *B* 7. 8. locum *B* 8. comparaverit] emerit *B* 8. fuerit *om.* *B* 9. 10. ‖ 10 pretium — ipsa subscripta *om.* *B* 7. si] a *add. ex coniect. Til.*, *Lind.* *Bluhme.* scripturam ipsam *B* 8. subscripta *om.* *A* 3. 4; scriptam *B* 8. signatam *B* 7. 8. ‖ 11 a septem, *om.* aut, *B* 9. 10, *Bluhme.* aut septem — non fuerint *om.* *B* 8. ‖ 12 quintu, *om.* testes, *B* 9. 10. fuerint] ut *add.* *B* 9. 10; iubemus ut *add.* *A* 3. 4. *B* 6—8. ‖ 13 consistentis *A* 3; conscribentis *B* 8. famam *B* 7. 8. maculatam *B* 7. est] eorum *B* 7. praecepimus *A* 3. *B* 7. 8. subscribendum *A* 3; subscribendis *B* 8; suscribentes *B* 7; suscribendus *B* 9. 10. ‖ 14 si *om.* *B* 7. 9. 10. invalida scriptura *A* 3. 4. *B* 7. 8. ipsam *om.* *B* 7. 9; ipsa *A* 3. 4; ipsum *B* 8. ‖ 15 *Extat hic titulus in* *A* 3. 4. *B* 7—10; *in* *B* 8—10 *sub numero* C; *periit in* *B* 6. *Verba* quae — tradunt *cum contextu coniuncta in* *B* 8. qui *codd.* se *om.* *B* 7. sua *om.* *B* 8; illorum *B* 7. ad *om.* *B* 8. marito *A* 4; maritos *B* 9. 10; maritus *A* 3. traduntur *A* 4. *B* 7. 8. ‖ 16 quicumque *codd.* se voluntate sua marito donaverit *B* 9. 10. si voluntate *B* 7. ad marito *A* 3. *B* 8; suo *add.* *B* 8. ‖ 17 ipse] ipsi *B* 8. facultates *B* 7. 10, *B* 9 *h. l. lac.*; facultate *A* 4. mulieribus *A* 3. *B* 8. de eam *B* 7; in eam *ex emend. Til.*, *Lind.* ‖ 18 et *om.* *B* 7. 8. omnes *om.* *A* 3. 4. rebus suis *ex emend. Til.*, *Lind.*

*J. Grimm, R.-A. p.* 711; *Gierke, Humor im Deutsch. Recht (ed.* 2.) *p.* 65. *Cfr. Ducange s. v. canis; L. Sal.* 6; *L. Baiuw.* 20; *L. Alam.* 78. 1) *Cfr. Const. extrav.* 21, *rubr.* 2) *Cfr. supra tit.* 1; *Const. extrav.* 9. *J. Grimm, R.-A. p.* 728; *Gierke, Humor p.* 64. *Cfr. L. Sal.* 7; *L. Baiuw.* 21; *Pact. Alam. III,* 11; *V,* 9. 3) *Cfr. supra tit.* 43. 60. 84. 88. 4) *Cfr. supra tit.* 12; *Schroeder l. c. p.* 295.

## CI. De[1] wittimon.

[1.] Quicumque Burgundio alicuius obtimatis aut mediocris sine ordinatione patris cum alicuius filia se copulaverit, iubemus, ut tripla solutione obtimatis ille qui fuerit patri ipsi, cum cuius filia se copulavit et eum ante scire non fecit nec consilium petiit, CL solidos ei cogatur exsolvere, et multae nomine solidos XXXVI*.

[2.] Leudis[2] vero si hoc praesumpserit facere, similiter in tripla solutione, hoc est solidos XLV, et multae nomine solidos XII.

## CII. De[3] Iudaeis, qui in Christianum manum praesumpserint mittere.

[1.] Quicumque Iudaeus[4] in Christianum manum praesumpserit mittere, pugno aut calce aut fuste aut flagello aut saxo, aut per capillos prehenderit, iubemus, ut manus incisione damnetur.

[2.] Quod si voluerit manum suam redimere, LXXV solidis eam iubemus redimere, et multae nomine solidis XII.

[3.] Praeterea iubemus, si in sacerdotem manum praesumpserit mittere, tradatur ad mortem, et facultas ipsius fisco nostro tradatur.

## CIII. De[5] vineis.

[1.] Quicumque in vinea aliena intrare praesumpserit de die in furtis causa, inferat illi, cuius vinea est, solidos III, et multae nomine solidos II.

[2.] Certe si de nocte hoc praesumpserit facere, et percussus fuerit, ita ut moriatur, custos vineae nullam calumniam patiatur.

*) XXXVII *A* 3. *B* 7. 8.

1 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 *(laceratus). B* 7—10; *in B* 6. 8—10 *sub numero* CI. *Rubrica deest B* 7. vitimon *B* 9. 10; vittimum *B* 6; wictimum *B* 8; wittemon *A* 3. 4. || 2 alicuius *om. Til., Lind.* obtimates *A* 3; obtimati *B* 7; optimati *B* 9. 10. hordinem *B* 7. || 3 alicuius] obtimati *add. B* 7. filias *B* 8. ut] in *B* 7. 9. 10. trepla *A* 3; trebla *B* 8. solutionis *B* 7; solutionem *B* 8. obtimatus (*vel* optimatus) *A* 3. *B* 6. 8—10. illius *B* 7. quis *B* 7. 8. || 4 patre *B* 8. ipse *B* 7. 8; ipsius *A* 3. cum *om. A* 4. se *om. A* 4. copulaverit *B* 7—10. ei *Til., Lind.* antea *B* 7—10. fecerit *B* 7. non petiit *B* 8; petierit *B* 7. || 5 ei *om. B* 8. exsolvere *om. A* 3. *B* 8. et *om. A* 3. 4. || 6 leud *A* 4; leudus *A* 3; leudes *B* 7. 9. 10; leodis *B* 8. si *om. B* 7. similiter] simul *B* 7. trepla *A* 3. *B* 8—10; treblam *B* 7. solutionem *B* 7. 8. hoc est solidos XII, *ret. om., A* 3. || 7 XLV] solvat *add. ex coniect. edd.* et *om. B* 9. 10. || 8 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 *(laceratus). B* 7—10; *in B* 8—10 *sub numero* CII. in *om. B* 8. praes. man. mitt. *B* 7. 9. 10; praes. mitt. man. *B* 8. praesumpserit *A* 3. *B* 9. 10. manu *B* 9. 10. || 9 quicum *B* 7. manum *om. B* 10. pugne *A* 3; pugnum *B* 8—10. || 10 calci *B* 8. calce aut *om. A* 3. calce fusto aut flagella *A* 4. saxo aut *om. B* 8. saxa *A* 3; de saxo *B* 9. 10. capillus *A* 3. adprehenderet *A* 3; prenderit *A* 4, *Til., Lind.*; prendere *B* 8; prendiderit *B* 7. iubemus *om. A* 4, *Til., Lind.* ut *om. A* 4. *B* 7. 9. 10; aut *B* 8. || 11 incisionis *A* 4. *B* 9. 10; incessione *A* 3. || 12 eam *om. A* 3. 4; ea *B* 7. || 13 et *om. B* 8—10. || 14 propterea *A* 4. *B* 7. 9. 10; praeter et *A* 3. iubemus] volumus *B* 8. si] ut *B* 7. 9. 10. sacerdote *B* 9. 10. manum *om. B* 8. || 15 fiscus *B* 8; in fisco *B* 7. nostros *B* 8. || 16 *Extat hic titulus in A* 3. 4. *B* 6 *(valde laceratus). B* 7—10; *in B* 8—10 *sub numero* CIII. *Rubrica deest B* 7. vinea *A* 3. || 17 vineam alienam *A* 4. *B* 7. 8, *Til., Lind.* in furtis intrare *B* 7. de die — causa *om. B* 7. in die *A* 3. furti, *om.* in, *ex coniect. edd.* || 18 et *om. B* 9. 10. || 19 Quicumque in vineam alienam *praemittit B* 7. in nocte *B* 7. 9. 10. hoc] in furtis intrare *B* 7. certe ita *B* 7. facere *om. B* 7. || 20 custos vineae] cuius vinea est *A* 3. 4, *Til., Lind., Bind.* nullam *om. A* 3; nulla *A* 4. *B* 7. 8. calumnia *A* 3. 4. *B* 7. 8.

1) *Cfr. supra tit.* 66. 69. 86; *Schroeder, G. d. ehel. Güterr. I, p.* 11 *sq.* 2) *Cfr. supra p.* 42, *not.* 4. 3) *Hanc constitutionem novellam legem esse atque cum titulo* 5. *Libri Const. cohaerere manifestum est; fortasse Sigismundo attribuenda est, ut Ginoulhiac l. c. p.* 568 *censet, quamquam argumenta a Ginoulhiac prolata certa esse non videntur; cfr. L. Rom. tit.* 19, 4. 4) *Cfr. Concilii Epaonensis a.* 517, *c.* 15: ... A Iudaeorum vero conviviis etiam laicos institutio nostra prohibuit; nec cum ullo clerico nostro panem comedat, quisquis Iudaeorum fuerit convivio inquinatus. 5) *Cfr. supra tit.* 27, 7—9.

[3.] Nam si servus hoc fecerit, ut in die furto intraverit, CCC fustium ictus accipiat.

[4.] Quod si de nocte intraverit, sicut superius diximus, occidatur.

[5.] Quod si dominus eius voluerit eum redimere, habeat liberam potestatem, ita ut, postquam eum redimerit, CL fustium ictus accipiat, ita ut nec ille nec aliorum servus hoc illis facere delectet.

[6.] Praeterea si ingenuus non visus fuerit, et postea aut per veium aut per scrutinium inventus fuerit, iubemus, ut ad redimendum se XII* solidos illi, cuius vinea est, cogatur exsolvere, et multae nomine solidos VI.

## CIV. De[1] asinis.

Quicumque asinum alienum extra voluntatem domini praesumpserit aut unum diem aut duos in ambascia[2] sua minare, iubemus, ut ipsum et alium talem cuius asinus est consignet**.

## CV. Si[3] quis boves alicuius pignoraverit.

Sub[4]*** titulo centesimo quinto invenimus in libro Constantini: Quod quicumque

*) VI *B* 8. **) Explicit *add.* *A* 3. *B* 8. ***) Sub titulo CV. invenimus Constantini *praemissa rubricae* *A* 4, *Til.*, *Lind.*, *Bind.*; Sub titulo centesimo quinto *om.* *B* 8, *B* 9 *h. l. laceratus*; in libro Constantini *ex emendatione*; in libro Constantino *B* 8; in libro, *om.* Constantini, *B* 7. 9. 10.

1 nam *om.* *B* 7. certe si *B* 7—10. ut] aut *A* 3. 4; atque *B* 7; et *B* 8. furtum *A* 4; furti *B* 8; in furtum *B* 7; furtum *ex coniect. Til.*, *Lind.*, *Bluhme.* intrare praesumpserit *B* 7. fustis *B* 8. || 3 in nocte *B* 7. || 4 Si quis, *om.* Quod, *B* 7. liberam *om.* *A* 3. *B* 6—10. || 5 ut *om.* *A* 4. ut — accipiat ita ut *om.* *A* 3. eum *om.* *B* 8. redemerit *B* 9; redimit *B* 8; redimeret *B* 7; redemit *B* 6. fustis *B* 6. 8—10; *in hoc verbo desinunt lacera cod.* *B* 6 *fragmenta.* ictus *om.* *B* 9. 10; hictibus *B* 7. ita ut] et *B* 7; ut, *om.* ita, *B* 8—10. illi *A* 3; illius *B* 8. alterum *B* 8. servi *A* 3. *B* 8—10. || 6 illis *om.* *A* 4. *B* 8, *edd.* fecerit *B* 8. dilectit *A* 3; non delectet *B* 7. 9. 10. || 7 propterea *B* 7. 8. et *om.* *B* 7. vegum *B* 8; vim *A* 4. 8 seludinium *A* 3; selutinium *A* 4. *B* 9. 10; scrutimo *B* 8. inventum *A* 3. 4. *B* 7. 9. 10. iubemus — se *om.* *B* 7. se *om.* *B* 8. ille *B* 8. || 9 et *om.* *A* 3. *B* 9. 10. || 10 *Extat hic titulus in* *A* 3. 4. *B* 7—10; *in* *B* 9. 10 *sub numero* CIV; *sequentem titulum praeponit* *B* 8, *ubi hic titulus ultimus est.* *Rubrica deest* *B* 7. asenis *A* 3. || 11 voluntate *A* 3. *B* 9. 10. domini *om.* *A* 4. uno die *A* 3. || 12 duos] biduum *B* 7. 9. 10. ambassia *A* 3; ambaxia *B* 7. 8. minare *om.* *A* 3. 4. *B* 8, *Til.*, *Lind.*; minaret *B* 9. 10; menare *ex coniect. Bluhme, Bind.*; duxerit *B* 7. talem *om.* *B* 9. 10; tale *B* 7. 8. ei cuius *ex coniect. edd.* asinus *om.* *B* 9. 10. || 14 *Extat hic titulus in* *A* 4. *B* 7—10; *in* *B* 8 *sub numero* CIV; *in* *B* 9. 10 *sub numero* CV. *Rubrica deest* *B* 7. Si quis boves alicuius pignoraverit] *sic* *A* 4, *Til.*, *Lind.*, *Bind.*; Si quis bovem alienum cuius pignoraverit *B* 8; De bove pigneraticius (pigneraticiis *B* 10) *B* 9. 10; de bove pigneratitio *ex coniect Bluhme.* || 15 quod quicumque] quodcumque *B* 8.

1) *Cfr. supra tit.* 4, 8. 2) *Cfr. Wackernagel l. c. p.* 333; *Diez, Etym. W.-B. I. s. v. ambasciata. q. e. Francog. ambassade.* 3) *Cfr. supra tit.* 19; *Wilda in 'Zeitschrift für Deutsche Rechtsgesch.' I, p.* 188. 4) *Titulus continet constitutionem a rege Burgundico editam, quae non solum Romanis sed etiam Burgundionibus data esse videtur. Numerus autem tituli CV. non ad Gundobadi Librum constit., ut Bluhme in editione sua et in 'Histor. Zeitschrift' XXI, p. 237 censet, sed rectius, quod ex ipso contextu tituli intelligitur, ad collectionem quandam fontium iuris Romani referendus est. Dubitari vix potest, quin introductio tituli ad constitutionem Constantini imperatoris spectet, quae Cod. Theod. II, 30, c. 1 nobis servata est. Certo iudicio autem non potest diiudicari, utrum auctoris verba:* Sub titulo — Constantini. *ad Codicem Theodosianum an ad Codicem Hermogenianum referenda sint. Codices fortasse verba non integra praebent; conferas velim, quanto accuratius fontes in Lege Romana indicati sint. Neque vero approbaverim coniecturas a Bluhme et a Binding propositas: Bluhme verbum* Constantini *mutat in* constitutionum; *Binding censet* CV *verba* clarissimi viri *significare (sed codices habent signum numeri vel verba* centesimo quinto, *non compendium); cfr. Brunner l. c. p.* 337, *not.* 18.

boves pignorare praesumpserit, capite puniatur[1]. Nobis vero cum obtimatibus nostris hoc convenit: ut quicumque alia pecora habuerit, aut mancipia aut caballos aut boves praesumpserit pignorare, causam perdat. Si duos boves praesumpserit pignorare, inferat illi, cuius boves pignoravit, solidos XII; et si duo paria pignoraverit, solidos XXIV, et multae nomine solidos XII, ea tamen ratione, ut boves ipsos in loco reformet*.

*) Explicit Lex Burgundionum *add.* *B* 10.

1 bovis alienus *B* 8. in capite *B* 8; capitale *A* 4. optimates *B* 8. nostris *om.* *B* 8. || 2 cuicumque *B* 7. alia *om.* *B* 8; alicui *B* 7. pecoram *B* 8. caballum *B* 7; caballus *B* 9. aut] et *A* 4. *B* 9, *Til.*, *Lind.* || 3 causam — pignorare *soli* *B* 7. 9. || 4 ille *B* 8. boves *om.* *B* 7; bovis *B* 8. pigneraverit *B* 7; pignorat *A* 4. *B* 8. et *om.* *B* 7—10. si duo — solidos XII *om.* *B* 8. dua *A* 4. *B* 7. parie XXIIII, *om.* pignoraverit solidos, *B* 9. 10. || 5 et *om.* *A* 4. *B* 9. 10. ea] et *B* 7. bovis *B* 7. 8. ipsius *B* 7—10. reformetur *A* 4; reformatos *B* 8.

1) *Cfr. Cod. Theod. II,* 30*:* De pignoribus, *c.* 1 *(a.* 315.*), interpr.:* Multi .. boves .. caussa pignoris auferre praesumunt; .. quicumque .. hoc facere praesumpserit, .. puniatur (*const.:* .. capitali sententiae subiugetur).

# II.

# CONSTITUTIONES
## EXTRAVAGANTES.

CONTIN. LIBRI CONST.

[I.] De animalibus in vineam ingressis. LXXXIX.

Cum de cultura — — — divulgari.

[II.] De indiciis. XC.

Si quis — — — sine dubio.

[III.] De ingenuis, qui cum servo furtum fecerint. XCI.

Si quis — — — queratur.

[IV.] De mulieribus, quarum crines in curte sua capulate fuerint. XCII.

Quicumque — — — inferat.

[V.] De brachiis aut tibiis, quae ab altero franguntur. XCIII.

Quicumque — — — solidos VI.

[VI.] De navigiis. XCIV.

Quicumque navem — — — queratur.

[VII.] De viatoribus. XCV.

Quicumque mancipium — — — tremisse.

[VIII.] De fideiussoribus. XCVI.

Quicumque tam Burgundio — — — restituat.

[IX.] De canibus veltravis aut segutiis aut petrunculis. XCVII.

Si quis canem — — — solidos II.

[X.] De acceptoribus. XCVIII.

Si quis acceptorem — — — solidos II.

[XI.] De venditionibus, quae sine testibus scribuntur. XCIX.

Si quis mancipium — — — iubemus esse.

[XII.] De mulieribus, quae se voluntate sua ad maritum tradunt. C.

Quaecumque mulier — — — habeat.

[XIII.] De wittimon. CI.

Quicumque Burgundio — — — solidos XII.

[XIV.] De Iudaeis, qui in Christianum manum praesumpserint mittere. CII.

Quicumque Iudaeus — — — tradatur.

CONTIN. LIBRI CONST. CIII.

[XV.] De vineis.

Quicumque in vinea — — — solidos VI.

CIV.

[XVI.] De asinis.

Quicumque asinum — — — consignet.

CV.

[XVII.] Si quis boves alicuius pignoraverit.

Sub titulo — — — reformet.

## [XVIII. De[1] vineis hoc observandum.]

[1.] Multorum Burgundionum et Romanorum querimonia ad nos processit, quod vineae eorum ab animalibus, porcis vel reliquo vastarentur; cum obtimatibus nostris de re inpensius pertractantes, iustum esse perspeximus, [et] ita nobis visum est: [a] quocumque animalia in vinea inventa fuerint, de grege porcorum unum habeat occidendi liberam potestatem et suis usibus vindicandum.

[2.] Quod si facilius ad utilitatem et quietem omnium debeat pertinere, de animalibus vel reliquis pecoribus, praeter boves et caballos, sicut de porcis simili conditione teneatur.

## [XIX.] De[2] reis corripiendis.

[1.] Gundobadus rex Burgundionum omnibus comitibus.

Multorum relatione cognovimus, caballorum fures et effractores domuum tantum se ad hanc insaniam prorupisse, ut non occulte, verum etiam publice crimina et omnia mala committant. Ideoque praeceptionem ad vos dedimus, ut, si quos caballorum fures aut effractores domuum, criminosos quam suspectos, invenire potueritis, statim capere et ad vos adducere non morentur: futurum ut is, qui capitur et ante vos adductus fuerit, si se innocentem potuerit adprobare, cum omnibus rebus suis liber abscedat neque calumniam pro eo, quod ligatus aut captus est, movere praesumat.

[2.] Si vero criminosus inventus fuerit, morte poenam vel tormenta[3] suscipiat, quae meretur, et res illius ab his, qui eum ceperunt, praesumantur.

[3.] Et non solum in eum tantum pagum, ubique consistit, liceat persequi criminosum, sed sicut utilitas aut fides cuicumque habuerit, etiam per alia loca ad nos pertinentia[4] non dubitent huiusmodi personas capere et iudicibus praesentare, ut praefata scelera non liceat esse diutius inpunita.

Hanc praeceptionem nostram in omnium noticiam ponere procuret[is].

7 *Hoc edictum solus A 4 exhibet, quod a praemisso sub rubrica:* De liberali causa vel de operi libertorum *titulo* 44. *Legis Romanae Burg. neque rubrica neque numero destinctum est; rubricam ex indice capitulorum cod. A 4 sumpsimus.* || 8 Romanum *A* 4. || 9 vineas *A* 4. reliquis *ex emend. Til., Lind.* || 10 inpensibus *A* 4. et *om. A* 4. a *om. A* 4. || 16 *Hoc edictum A* 1. 3. *B* 5 *habent post titulum:* De iudiciis; *in A* 1. *B* 5 *quidem sub numero* XC, *in A* 3 *autem nullo numero adposito.* || 17 Gundebadus *A* 3. Borgundionum *A* 3. omnibus *om. B* 5. comitibus *om. A* 3; cummitibus *B* 5. || 18 gallorum furis *A* 3. offratore *A* 3. domum tantos *B* 5. || 19 se *om. B* 5; sed *A* 3. ut non *om. B* 5. vero *B* 5. || 20 cummittant *A* 3. praeceptione *A* 3. quis *A* 3. *B* 5. aut] et *B* 5. furis aut effractoris *A* 3. || 21 criminosis *A* 3. suspectus *A* 3. *B* 5. quem *B* 5. capetur *A* 3. *B* 5. || 22 vos *om. A* 3; nos *Til., Lind.* || 23 fuerot *A* 3. innocente *A* 3. actuerit aut probare *B* 5. suis abscidat, *om.* liber, *B* 5. || 24 calumnia *A* 3. || 25 morte *om. B* 5, *Til., Lind.*; mortis *ex coniect. Bluhme.* vel tormenta *om. A* 3, *Bind.* quam *A* 3, *Bind.*; quem *B* 5. || 26 mereatur *B* 5. caperent *B* 5. || 27 Ut *A* 3. ubique] sed ubique qui *B* 5; sed ubique ubi *Til.*; ubi *ex emend. Lind., Bluhme.* criminosus *A* 3. || 29 pertinentia] perticam *A* 3. capere] carere *A* 3. et *om. A* 3. || 30 scelera] scire *A* 3. non diucius liceat esse inponita *B* 5. inponitam *A* 3. || 31 Hanc — procuret *om. A* 3. procuret *A* 1. *B* 5.

1) *Haec constitutio est novella a Gundobado edita; cfr. Const. extrav.* 1; *Lib. const. tit.* 23, 4. 64.
2) *Haec praeceptio Gundobadi minor aetate est quam Lib. const. tit.* 4, 1; 29, 3; *maior autem est novella Lib. const. tit.* 47; *cfr. Const. extrav.* 21, 11; *Schroeder, D. Rechtsgesch. p.* 356.
3) *Cfr. Lib. const. tit.* 7.
4) *Cfr. supra p.* 46, *not.* 2.

[XX.] De[1] collectis edictum.

Segismundus rex Burgundionum.

Cum [venerabilis viri] Gimelli[2] episcopi digna et laudabili suggestione conperimus, expositos, quos miseratio colligi faciebat, et ideo praetermitti, dum collegentes alumnos sibi eripi calumniantum intencionem formidant, et cessante misericordia eorum animae male poterant interire: quapropter iusta suggestione permoti, quae sanctae memoriae patri nostro de eadem causa suggesta sunt, praesentium edictorum tenore decrevimus [vacuari], statuentes, sicut nostra lex loquitur: ut inter Romanos etiam de hoc negotio legis Romanorum ordo[3] servatur; inter Burgundiones et Romanos exortum tale litigium, qualiter a nobis statutum fuerit, finiatur; illae tantum causae de hoc genere, quae ante diem praesentis edicti finitae sunt, nullatenus [moveantur], pendentium vero negotiorum status memoratis legibus [distringatur]: statuentes, ut, ne quis contra hoc salubre praeceptum audeat in posterum supplicare, proponatur.

Data sub die VIII. Idus Marcias, Petro consule[4].

[XXI.] Incipit[5] capitulus, quem domnus noster gloriosissimus Ambariaco[6] in conventu Burgundionum[7] instituit.

[1.] Quia intra regione nostra*[8] huiusmodi causae oriuntur, unde adhuc legibus non fuerat institutum, quod observare deberet, habito nunc cum comitibus nostris tractatu, praesenti constitutione decrevimus, quod in populo nostro debeat custodire.

[2.] Si[9] quis ingenuus in captivitatem ductus est, et mancipia intra regione nos-

*) in regno nostro *A* 4.

1 *Hoc edictum solus A* 3 *habet, sequitur fol.* 89 *verbum* Explicit, *quod in fine tituli:* De asinis *codex habet; rubricam ipse codex praebet.* || 3 venerabilis viri] natu rale iuri *A* 3. laudabile suggestionem *A* 3. exposita *A* 3. colliei faccibus *A* 3. collegit a quibusdam ideo *emendat Bluhme.* dum] quod *ex coniect. Bluhme.* || 5 alumnus *A* 3. cessante misericordiam *A* 3. || 6 animas quae *A* 3. quae ali poterant *coniecit Pardessus.* || 7 tenire *A* 3. || 8 vagari statuendis *A* 3. vulgari *(i. e. proclamare) coniecit Pardessus.* Romanu *A* 3. || 9 negutio lege *A* 3. Burgundionis et Romanus *A* 3. || 10 tali *A* 3. ille *A* 3. || 11 gene *A* 3. moveantur *emendari,* ventilentur *Bluhme,* meti lenta *A* 3. || 12 neguciorum *A* 3. memoratus *A* 3. diso ingatur *A* 3; discingatur *coniecit Bluhme.* || 13 salubrem *A* 3. andiat *A* 3. || 14 id marcias pec c *A* 3. Agapeto consule *coniecit Pardessus, quem Ginoulhiac l. c. p.* 567, 583 *secutus est.* || 15 *Extat hic titulus in A* 3 *(fol.* 83'*). A* 4 *(fol.* 232*); in A* 3 *primum locum tenet inter eas constitutiones, quae sequuntur Librum Constitutionum, et antecedit constitutionem* De iudiciis, *in A* 4 *autem claudit Leges Burgundionum et sequitur constitutionem, quam edidimus supra sub numero* XIX, *quinque lineis non scriptis interiectis omissoque inscriptione.* || 17 Quicumque *A* 4. || 18 quid *A* 3. *lege:* observari. debibunt *A* 4; deberit *A* 3. comitibus] testibus *A* 4; optimatibus *ex coniect. Tit., Lind.* tractatum *A* 3. || 19 conditione *A* 4. quod] quid *A* 3; *om. A* 4. debeat *om. A* 4. custodire] *sic A* 4; costodire *A* 3; *lege:* custodiri. || 20 ingenuos *A* 3.

1) *Cfr. Cod. Theod. V,* 7: De expositis *et L. Rom. Visig. h. tit.; L. Visig. IV,* 4, 1; *Conc. Arelatens. II. a.* 412, *c.* 51. *Bluhme in 'Jahrbuch' I, p.* 83, *in 'Archiv' VII* (1837), *p.* 729, *LL. III, p.* 578; *Binding l. c. p.* 226. 2) *Vasensis episcopus ab a.* 508 *ad a.* 526; *cfr. Bouquet, Scriptores IV, p.* 104 *D.* 3) *Cfr. Primae Const.* § 8; *Cuiacii Observationum lib. XVI, cap.* 36. 4) *Id est dies* 8. *mensis Martii a.* 516. 5) *Conscripta est haec collectio capitulorum primis annis, quibus Godomarus regnavit, qui post Sigismundum, a Francis regno privatum, ultimus fuit rex Burgundionum; cfr. Canciani in editione sua; Gaupp l. c, p.* 295; *Ginoulhiac l. c. p.* 565. 569; *Binding l. c. p.* 260; *Brunner l. c. p.* 334. *Aliter censent Bluhme LL. III, p.* 575 *et in 'Jahrbuch' l. c. V, p.* 207 *sqq.; Jahn l. c. II, p.* 62; *Valentin-Smith l. c.* 2. *fasc., p.* 74 *sqq., qui hanc collectionem a Gundobado a.* 501. *editam esse affirment. Utrum Sigismundo an Godomaro adtribuendam esse, non diiudicat v. Savigny l. c. II², p.* 4. 22. *Cfr. Bluhme in 'Jahrbuch' l. c. V, p.* 207—234. 6) *Cfr. supra p.* 73. *not.* 5. 7) *Cfr. supra p.* 29, *not.* 3. *Const. extrav.* 9. 8) *Cfr. supra p.* 46, *not.* 2. 9) *Cfr. Cod. Theod. V,* 5: De postliminio, *c.* 1, *interpr.:* Quicumque necessitate captivitatis ducti sunt, ... quaecumque in agris vel mancipiis antea tenuerunt ... sive aliquid ... per principem cuicumque donatum est, ... tempore, quo redierint, vindicent ac praesumant (*const.:* ... debere recepturos ...); *L. Rom. tit.* 41. *London l. c. p.* 344.

tra reliquit, quicumque mancipium propinquitatis ad se revocavit, aut praesumpsit aut forsitan per nostram praeceptionem petiit, si captivus ille ad propria redierit, mancipia sua absque praeiudicio pasta recipiat.

[3.] Quicumque[1] servum suum aut ancillam de regione nostra in sortem alienam vendiderit, more patriae[2] mancipium venditum ad propria redierit, ut libertus sit, ordinamus; ea tamen ratione, ut non alterius patrocinium nisi domini illius, qui eum vendiderit, habiturum esse cognoscat.

[4.] Quicumque[3] ingenuus de Gotia captivus a Francis in regione nostra venerit et ibidem habitare voluerit, ei licentia non negetur.

[5.] De[4] eo vero, qui tempore excidii[5] ad fidem inimicorum amissis mancipiis cum una tantum ingenua persona, quam in loco uxoris sibi liberavit, egressus est: is, qui eam liberavit, mercedes requirere specialius ordinamus, ut nihil penitus ad mulierem illam de tali causa queratur.

[6.] Quicumque[6] persona de alia regione in nostram venerit et ibi voluerit habitare aut cum quo esse voluerit, habeat licentiam, et nullus eum ad servitium aut per se addicere praesumat aut a nobis petere conetur.

[7.] De[7] monetis solidorum [iubemus] custodire, ut omne aurum, quodcumque pensaverit, accipiatur praeter quattuor tantum monetas, hoc est: Valentiani[8], Genavensis prioris[9] et Gotici, qui a tempore Alarici regis adaerati[10] sunt, et Adaricianos[11]. Quod si

1 propinquitatem *A* 4. || 2 pro *A* 3. nostra *A* 4. preceptione *A* 4; susceptionem *A* 3. redieret *A* 3. || 3 pasta] *sic A* 3; parte *A* 4; partis *Til., Lind.*; parta *Bluhme, qui coniecit* pastûs. || 4 ancilla *A* 4. in sorte alia vindiderit *A* 3. || 5 more patriae] mori patrem et *A* 4; *om. Til., Lind.* vindetum *A* 3. redierent *A* 3. liberi sunt *A* 3. || 6 patrocinii *A* 3. || 7 vindederat *A* 3. esse *om. A* 3; se esse *ex coniect. Til., Lind.* || 8 ingenuos *A* 3. Gutia *A* 4. captivos *A* 3. veniret *A* 3. || 10 De his *A* 3, *edd.*; Dies *A* 4. que temporis excidie *A* 4. fidem] finem *coniecit Bind.* admissis *A* 4. || 11 cum unam tantum ingenuam personam ea loco uxore sibi *A* 4. quam *ex emend.*; eam *A* 3; ac, *om.* in, *Til., Lind.* uxoris *ex emend.*; uxores *A* 3. sibi] ibi *A* 3. egressus est — liberavit *om. A* 4, *Til., Lind.* is] his *A* 3. || 13 mercedis *A* 3. requiri *A* 4, *Til., Lind.* ordinavimus *A* 4. de tale causam *A* 4. || 14 regionem *A* 4. nostra *A* 3. et *om. A* 3; ut *Bluhme.* || 15 servitio *A* 4. || 16 adicere *A* 3. 4. sumat *A* 3. petire *A* 3. 4. || 17 monitas *A* 3. iubemus *suppl. Bind.*; *om. A* 3. 4; praecipimus *Til., Lind.*; volumus *Bluhme.* custodire] *sic A* 4; costodire *A* 3; *lege:* custodiri. || 18 pesaverit *A* 4. monitas *A* 3. hoc est *om. A* 4. Valentiani *A* 4; Valentiniani *A* 3. Genevensis prioris *A* 3; Genavensis, *om.* prioris, *A* 4. || 19 Gotium *A* 4. a *om. A* 3. adherati *A* 3. 4. Adaricianus *A* 3; Ardaricae annos *A* 4, *Til.*; Ardaricanos (*sc. Ardarici Gepidarum principis*) *Valesius*; *Lind.*; Alaricianos *Ducange, Bind.*; Armoricanos *Dubos*, Aduricanos (*h. e. Aduris s. Aturis confectos*) *Bluhme.*

1) *Cfr. Lib. const. tit.* 57; *Const. extrav.* 11, 1; *L. Visig. IX*, 1, 10. 2) *Verba corrupta, ut videtur. Binding l. c. p.* 261 *probat coniecturam* amore patriae, *quam Bluhme in 'Jahrbuch' l. c. V, p.* 216 *disertis verbis refutaverat.* 3) *Jahn l. c. II, p.* 129. 4) *Interpretatio huius capitis, ut videtur corrupti, valde dubia est. Cfr. Binding l. c. p.* 261. *Lib. const. tit.* 56. 5) *Cfr. Binding l. c. p.* 252; *Jahn l. c. II, p.* 529 *sqq.* 6) *Cfr. Lib. const. tit.* 39. 7) *Cfr. A. Soetbeer in 'Forschungen zur Deutsch. Geschichte' I, p.* 286; *Bluhme in 'Jahrbuch' V, p.* 219 *sqq.*; *Daroud-Oghlou l. c. p.* 398. *Cfr. Maioriani Novell. lib. tit.* 7 *(a.* 458.*)*, § 14: ... Nullus solidum integri ponderis calumniosae improbationis obtentu recuset exactor, excepto eo Gallico, cuius aurum minore aestimatione taxatur; *L. Visig. VII*, 6, 5. 8) *Sunt solidi in Valentia urbe signati. Lectio* Valentiniani, *quam A* 3 *exhibet, recipi non potest, cum non traditum, ab aliquo imperatorum, qui hoc nomine appellati sunt, monetas minoris pretii esse signatas.* 9) *Perperam Bluhme ex verbo* prioris *concludit, eos tantum solidos recusari, quos Godegiselus, Gundobadi frater, cudi iusserat.* 10) *Avitus episcopus in epist.* 78. *Alaricum regem Visigothorum in eo reprehendit, quod monetas inferioris ponderis signandas curasset:* Cui corruptam potius quam confectam auri nondum fornace decocti crediderim inesse mixturam vel illam certe, quam nuperrime rex Getarum secuturae praesagam ruinae monetis publicis adulterium firmantem mandaverat. 11) *De significatione huius verbi valde disputatur; cfr. supra l.* 32—35. *Conici fortasse possit:* Atalaricianos. *De monetis autem Ostrogothorum non sat nobis notum est sive ad refutandam sive ad probandam hanc coniecturam; cfr. Friedländer, Die Münzen der Ostgothen* (1844) *p.* 44, *et supplementum in Die Münzen der Vandalen* (1849).

quicumque praeter istas quattuor monetas aurum pensantem non acceperit, id, quod vendere volebat, non accepto pretio perdat.

[8.] Si[1] quis fideiussorem acceperit et ante eum pignerare praesumpserit, quam auctorem suum, cum quo causam habet, praesentibus testibus ter admonuerit, pignera, quae tollere praesumpserit, in duplo restituat.

[9.] Quicumque[2] mancipium alienum de Francis conparaverit, testibus idoneis hoc adprobet, quantum et quale pretium dederit, et hoc testes illi iurati dicant: 'Nobis praesentibus pretium dare vidimus; sed nec ille, qui mancipium conparavit, nullam fraudem aut conludium cum inimicis fecit'. Quod si testes idonei taliter sacramenta dederint, quantum pretium dedit, tantum recipiat; nec pastum requirat, et mancipium cuius fuerat sine mora reddatur.

[10.] Scituri, quodquod quicumque contra hanc difinitionem de rebus singulis statutam venire temptaverit, per singulas causas duodenos solidos multae nomine se noverit implere.

[11.] Illut[3] specialiter praecipientes, ut omnes comites, tam Burgundionum quam Romanorum, in omnibus iudiciis iustitiam teneant: in his, qui violentiam fortasse, superventum vel quodlibet crimen admiserint, ita fortiter distringant et vindicent, ut nullus hoc intra regionem nostram* praesumat admittere. Omnes omnino causas ex legibus iudicentur, ut iustitiae ordine teneatur, sicut lex parentum nostrorum continet. Nam sic fieri manifeste cognovimus: de diversis sceleribus conpositiones[4] inter parentes vestros facitis, et causae legibus non iudicantur; ita popul[us vitiatur], ut similia praesumant admittere. Si quis conpositionis ita facere praesumpserit, ut ex lege expresse iudicare distulerit, multam se noverit inlaturum.

[12.] De[5] Romanis vero hoc ordinavimus, ut non amplius a Burgundionibus, qui infra venerunt,[6] requiratur, quam ad praesens necessitas fuerit: medietas terrae. Alia vero medietas cum integritate mancipiorum a Romanis teneatur, nec exinde ullam violentiam patiantur.

*) intra regno nostro *A* 4.

1 si cumque *A* 3. monitas *A* 3. pesatum *A* 4; pensatum *ex coniect. Til., Lind.* acciperit *A* 4. id] ad *A* 3; aut *A* 4; *om. Til., Lind.* || 3 acciperit *A* 4. || 4 abit *A* 3. ter *om. A* 4. || 5 quae] qua *A* 3. 4. || 6 idoneos *A* 4. || 7 adprobavit *A* 3. aut quale *A* 3. testis *A* 3. || 8 donare videmus *A* 3. illi *A* 3. ullam *A* 4. || 9 fraude aut conludio *A* 3. non fecit *A* 4. testis *A* 3. || 10 dederit *A* 3. tantum] hac *add. A* 4; hic *add. Til., Lind.* partum *A* 3. mancipia *A* 3. || 11 fuerint *A* 3. reddantur *A* 3. || 12 Scituri quodquod] Si (.. *A* 4; Sed si *Lind.*) de re *A* 4, *Til., Lind.* difinicionem *A* 3; diffinitione *A* 4. rebus *ex coniect. Bluhme, Bind.;* heredibus *A* 3. 4, *Til., Lind.* || 13 statutam *ex coniect.*; statuta *A* 3. 4. per singulis causis *A* 4. duodenus *A* 3. || 14 noverint, *om.* implere, *A* 3. || 15 praecipientis *A* 3. omnis comitis *A* 3. tam Borgundionis quam Romani *A* 3; Burgundionorum tam Romanorum *A* 4. violentia *A* 4. 17 admiserit *A* 3. 4. fortiter *om. A* 3. stringant *A* 4. et *om. A* 3; ut *A* 4. ut] quod *A* 4. || 18 hoc *om. A* 4. causas] *sic A* 3. 4. ex] his *A* 3. || 19 iustitia *A* 3. ordo *ex coniect. Til., Lind.* || 20 sic *om. A* 4; si *A* 3. manifesta *A* 3. compositiones *ex coniect. omn. edd.*; conpetitionis *A* 3; cumpunctionis *A* 4. inter parentes nostros *A* 4; inter parentis vestris *A* 3; inter parietes vestros *ex coniect. Bluhme.* || 21 facite *A* 3. 4; tacite *ex coniect. Til., Lind.* et *om. A* 3; et ut *Lind.* populus vitiatur *conicei*; populis visiatur *A* 3; populi sui siator *A* 4; populi violentias *Til., Lind.*; populis usitatur *Bluhme*, populis visitatur *Bind.* ut] aut *A* 4, *Til., Lind.* || 22 ut] et *Til., Lind.* ex *om. A* 4, *Til., Lind.* || 23 expressi *A* 4; expressa *Til., Lind.* || 24 Borgundionibus *A* 3. || 25 infra] in fara *ex coniect. Bluhme.* praesens] quam *add. A* 3. 4. || 26 integritatem *A* 3. a *om. A* 3. ulla violentia *A* 3. 4.

1) *Cfr. L. Rom. tit.* 14, 8; *Lib. const. tit.* 19. 82; *Const. extrav.* 8. 2) *Cfr. Cod. Theod. V*, 5, c. 2, *interpr.; Lib. const. tit.* 56. *Sohm, Prozess p.* 25. 3) *Cfr. Const. extrav.* 19; *Prim. Const.* § 3. 4) *Cfr. Prim. Const.* § 5. 5) *Cfr. Lib. const. tit.* 54. 67. 6) *Infra i. q. intra; cfr. Gregor. Tur. SS. Rer. Mer. I, p.* 950; *perperam Bluhme in 'Jahrbuch' V, p.* 230 *et in 'Historische Zeitschr.' XXI, p.* 239 *coniecit 'in fara'; neque rectius esse videtur, quod Binding dicit, transvertens infra 'von unten herauf'; cfr. Jahn l. c. I, p.* 330. 450; *Gaupp l. c. p.* 342.

[13.] Praeterea[1] ecclesiae aut sacerdotes in nullo penitus contemnantur.

[14.] Si[2] quicumque aliquid loco munificentiae petire voluerit, cum litteris comitis sui veniat, et consiliarii aut maiores domus, qui praesentes fuerint[3], ipsas litteras comitis ipsius accipiant, et suas litteras ex nostra ordinatione ad illius iudicis faciant, cuius terreturio res illa, quae petitur, tenetur, et hoc eis concedant, ut diligenter et fideliter requirant, [si] sine peccatum dare potest.

1 ecclesiam aut sacerdotis *A* 3. contempneantur *A* 4. || 2 Si *om.* *A* 4. aliquid locum *A* 4; aliquem locum *Til., Lind.* litteras *A* 3. 4. commiti *A* 3; comiti *A* 4. || 3 consiliario aut maioris *A* 3; consiliario aut maiores *A* 4. quod *A* 4. ipsi *A* 3. || 4 ex] extra *A* 4. iudicis = iudices *(acc. plur.)*; illos iudices *Til., Lind.* || 5 terreturio] *sic* *A* 3; terraturium *A* 4. quae petitur *om. Til., Lind.*; qui, *om.* petitur, *A* 4. tenetur *om.* *A* 3. concidant *A* 4; concedent *A* 3. || 6 et fideliter *om.* *A* 4. si *om.* *A* 3. 4. peccatum dare] *sic* *A* 3. 4; *lege:* peccato dari.

1) *Cfr. Binding l. c. p.* 185; *Jahn l. c. II, p.* 65. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 1. 38, 6. 3) *Cfr. Prim. Const.* § 5.

# III.

# LEX ROMANA

## SIVE

# FORMA ET EXPOSITIO LEGUM ROMANARUM.

Incipiunt* capitula Legis Romanae.

I. De patris vel matris donatione vel munificentia dominorum.
II. De homicidiis.
III. De libertatibus.
IV. De sollicitationibus et furtis.
V. De iniuriis aut cedibus admissis.
VI. De fugitivis inquirendis vel discutiendis.
VII. De obiectione criminum vel inscriptionibus ingenuorum sive servorum.
VIII. De violentiis.
IX. De raptibus virginum et viduarum.
X. De successionibus diversis.
XI. De commotione litium.
XII. De inquirendis animalibus et rebus.
XIII. De damnis animalium, vel si quid per ea casu evenerit.
XIV. De ablatis pigneribus et fideiussoribus.
XV. De fugitivorum furtis.
XVI. De mulieribus ad secundas aut tertias nuptias transeuntibus.
XVII. De clausis itineribus vel aliis servitutibus.
XVIII. De superventoribus et effractoribus.
XIX. De corruptis mulieribus.
XX. De his, qui hominem inlicite aut sine causa ligaverit.

*) Incipiunt capitula Papiani Libri Responsorum A 3; Incipit Papianus Liber I. Responsorum A 4.

1 *Indicem capitulorum habent* A 2 (*fol.* 1'). 3 (*fol.* 118, 119'). 4 (*fol.* 1); A 2 *autem indicem tantum capitulorum* I—XIV *exhibet, folio continente finem indicis avulso.* Incipit A 2. 4. capitula *om.* A 4; capitla A 2. Legis *ex emend.*; de Lege A 2. *Numeris titulorum praemittit* T̄ A 4. || 2 patribus A 3. 4. donationem A 3. 4. || 3 omicidiis A 2. || 5 sullicitacionibus A 2. || 6 vel cedibus amissis A 3: vel de cedibus ammissis A 4. || 7 vel discutiendis *om.* A 2. || 8 De obiectationibus criminum, *rel. om.*, A 2. inscriptionibus] increpationibus A 3. 4. ingenuorum sive servorum *om.* A 4. || 10 raptu A 3. 4. viduarum] raptorum *add.* A 4. || 11 successibus A 2. | 12 commutatione A 4. licium A 2. || 13 inquerendis A 4. || 14 casus A 3. || 15 alatis A 3. fedeiussoribus A 2. || 17 nupcias A 3. || 18 *Extat haec rubrica etiam in indicibus capitulorum nonnullorum codicum Libri constitutionum; cfr. supra p.* 40. || 19 et effractoribus *om.* A 4. || 21 inlicite aut *om.* A 3. *lege:* ligaverint.

## Titulus** I. De[1] patris vel matris donatione vel munificentia dominorum.

[1.] Donationem, quam pater de rebus propriis in filium filiamve conscripserit et gestis fuerit allegata, si eam pater probatis apud iudicem lesionum causis non revocaverit, aut ipsa donatio dodrantem, id est novem uncias, non excedit, secundum

*) Expliciunt capitula Liber Papiani feliciter, amen *add.* *A* 3. **) *In* *A* 3 *antecedunt:* Incipit Papianus Liber primus Responsorum. Pacta non solum verbis, sed ex voluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugium fiat locupletior. *In* *A* 4 *antecedunt:* Incipit Papianus Liber primus Responsorum.

1 divorciis *A* 3. || 4 *Numerus* XXIV *cum rubrica deest* *A* 4. || 6 *Rubrica deest* *A* 4. porcionis *A* 3. || 7 desponsatis *ex emend.*; sponsatis *A* 3. 4. || 8 *Rubrica deest* *A* 4. || 10 aparitoribus *A* 3. || 12 falsi *A* 3. || 13 appellatione *A* 4. || 15 vindictione *A* 4. || 16 tutillis *corr. in* tutelis *A* 4. || 17 nuptiis] filiis *A* 4. legiptimis *A* 3. || 18 haec] et *A* 3. || 22 Ne in] De vis *A* 4. || 23 vel titulis praediis adfligatur *A* 3. adfigat *ex emend.*; adfligat *A* 4. || 25 *Extat haec rubrica etiam in indice* *B* 6. operibus *B* 6. liberorum *A* 3. || 27 condictione *A* 4. || 28 consortes *A* 4. || 29 *Extat hic titutus in* *A* 2. 3. 4. *C* 3. *Verba* Tit. I. *etc. claudunt semper rubricam in* *A* 2. patribus vel matris donationem *A* 3. 4. dominorum] ad minorum *C* 3. || 31 et *om.* *A* 3. 4; si *Cuiac.* allegata] obligata *A* 3. 4. probatis *om.* *A* 3. 4. iudicem] locorum *add.* *Cuiac.* lisionum *A* 3; litionum *A* 4; lesiones *C* 3; laesionis *Cuiac.* || 32 aut] si *add.* *A* 3. dodrante *C* 3; doridem *A* 4. id est *om.* *A* 4.

1) *Cfr. Lib. const. tit.* 1: De libertate donandi patribus adtributa et muneribus regis.

legem Theudosiani libro octavo: De removendis donationibus, firmissimam permanere, ad Philippum praefectum praeturio promulgatam[1].

[2.] De maternis etiam donationibus hoc totum, quod supra, simili conditione servabitur. Sane si mater, quae donationem in filium filiamve fecit, ad secundas nuptias transierit, donationem quam fecit nullam habebit licentiam removendi, secundum legem Theudosiani libro octavo ad Orfitum praefectum Urbis[2].

[3.] De donationibus dominorum proprietas accipientium etiam circa heredes et proheredes lege firmatur, id est ex corpore Theudosiani libro XI, titulo XX. ad Stradium comitem rei private[3].

## Titulus* II. De[4] homicidiis.

[1.] Homicidam, tam ingenuum quam servum, si extra ecclesiam inveniatur, morte damnari.

*) *Huius tituli forma in cod. C 5 talis est:* Interpretatio de homicidio voluntario. De interempti pretio principis est expectanda sententia. Quia de pretio occisorum nihil evidenter Lex Romana constituit, dominus noster Theodericus rex Francorum statuit observari: ut si ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus et homicida ad ecclesiam confugerit, qui homicidium admisit cum medietate bonorum suorum occisi heredibus serviturus addicatur, reliqua medietas facultatis eius heredibus relinquatur. Qui vero armatus se in ecclesia tueri temptaverit, qualiter lex Theodosii in libro octavo, cum conscientia abstrahatur. Si servus cuiusque occisus fuerit ab ingenuo et ipse homicida ad ecclesiam convolaverit, secundum servi qualitate eius rescriptis cogatur exsolvere, hoc est: pro actore centum, pro aurifice electo centum, pro ministeriali sexaginta, pro fabro ferrario quinquaginta, pro carpentario quadraginta, pro aratore triginta, pro porcario aut birbicario aut aliis servis triginta solidos inferatur. Homicidam tam ingenuum quam servum, si extra ecclesiam invenitur, damnari, si voluntarie factum fuerit. Si vero ad ecclesiam servus homicidii reus forte confugerit, indulta vita pro eo quem occidit ipse.

1 Theudosiani *semper habent* A 1. 2; Theodosiani A 3 (*habet etiam* Theudosiani); Theodosiani A 4. C 3, *Cuiac.*; Tehud. *vel* Theud. *vel* Teud. A 5. libro octavo *om.* A 2. || 2 ad Philippum — promulgatam *om.* A 3. Filippum A 2; Philipum A 4. preturiae, *om.* praefectum, A 4; pref. ppo. C 3. *loco* promulgatam, *quod verbum omittit, repetit verba* removendis — permanere A 4. || 3 totum] tantum A 4. condictione A 3. 4. servetur C 3. || 4 si mater] similiter A 4. qui A 2. filium] filio A 3. 4. || 5 nuptias *om.* A 4. nullatenus *Cuiac.*; nullamtenus A 3. || 6 libro octavo *om.* A 2. Orfetum A 2; Urfitum A 3. 4; Orfitium *Cuiac. b.* praefectum urbis] orb, *om.* praefectum, A 2; pu. A 3. 4; pf. urbis C 3. || 7 dominorum perpetem firmitatem accipientibus *Cuiac. b.* accipientum A 2; accipiendum A 3. 4. || 8 et proheredes *om.* A 4. liber II A 3; libro XII A 2. 4. C 3. ad *om.* A 3. 4, *Cuiac.* Stradium] *sic* C 3; Stradio A 3; Estradio A 4; Strategio *Cuiac.*; Praedium A 2; Trygetio *Cod. Theod.*; Trygetium *Amad.*; Strategium *fortasse legendum.* || 9 comitem] com̄ A 3. 4, *Cuiac.*; contra A 2. rei] res A 3. 4. || 10 *Extat hic titulus in* A 2. 3. 4. C 1—5, §§ 5 *et* 6 *etiam in* C 6. In Dei nomine incipit Lex Romana *praemittit* C 4. omicidis C 1. tam ingenuis quam servis *add.* A 2. || 11 Homicidium A 2; Homicida C 2; Homicidia C 1. tam *om.* A 3. C 1—4. iniennum C 2. 4. quam] tam C 1—4. servorum C 1. ecclesia A 2. 4. C 1—3. invenitur A 3. 4. C 1. 2. 3. || 12 morte *om.* A 4; mortem C 3; ad mortem C 4. damnare C 3. 4; si voluntarie homicidium factum sit *add. Cuiac. b ex editione Sichardi.* || 16 *post* confugerit *spatium eidem fere verbo sufficiens vacuum relictum.* || 18 *post* octavo *spatium paulo maius vacuum relictum.*

1) *Laudatur Cod. Theod. VIII,* 13: De revocandis donationibus, c. 2 *(a. 349.); cfr. interpr. const. huius:* Donatio in ... filium a patre facta, si laesum pater se esse probaverit, revocatur. *Cfr. cit. tit. interpr.* c. 6. 2) *Laudatur Cod. Theod. tit. cit.,* c. 4 *(a. 358.); cfr. interpr. huius const.:* Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis, donationem mater si voluerit in integrum revocabit. Quod si mater haec, quae filio donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcunque occasionem veniendi nullam habeat potestatem. 3) *Est legis Cod. Theod. XI,* 20: De collatione donatarum vel relevatarum possessionum, c. 4 *(a. 423.), a compilatoribus Legis Rom. Visig. omissae, pr.:* Largitates tam nostrae clementiae quam retro principum ... tenere perpetem firmitatem praecipimus, ut quod unusquisque meruit et recte transmisit, nec ad heredem nec ... filiorum nepotumve ... revocetur; *interpr. ad hanc const. non extat.* 4) *Cfr. Lib. const. tit.* 2: De homicidiis; *Lib. const. tit.* 10. 50.

[2.] Si vero homicidium casu vel vitande mortis causa forte dicatur admissum, ad principis notitiam per relationem iudicis est referendum, et eius sententia expectanda, secundum legem ex corpore novellarum Theudosii et Valentiniani ad Maximum patricium datam[1].

[3.] Si vero ad ecclesiam servus homicidii reus forte confugerit, quia lex Theudosiani libro nono ad Antiochum data[2] ab ecclesia nullum inermem permittit abduci, indulta vita, pro eo, quem occidit, ipse deserviat.

[4.] Qui vero armatus se intra ecclesiam tueri temptaverit, secundum legem ipsam cum conscientia episcopi abstrahatur[3].

[5.] De ingenuo vero homicida intra ecclesiam posito de interempti precio principis est expectanda sententia[4]; et[5] quia de preciis occisorum nihil evidenter Lex Romana constituit, dominus noster[6] statuit observandum: ut si ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, et homicida ad ecclesiam confugerit, is ipse, qui homicidium admisit,

1 *Tota* § 2 *deest* C5. Si *om.* C1.4. homicidio A3.4. C2; homicidium *om. Cuiac. b.* vitande] vita de A2. mortes C4. forte *om.* A4, *Cuiac.* || 2 est *om.* A2. C2.3.4. referendum — secundum *om.* C4. sentenciam A2. expectandam A2. C1. || 3 secundum] sed C1.2.3. ex] et C1.2.4. novellarum *om.* A4. Theudosii] *sic* C1; Theudosiani A2.3; Theodosiani A4; Thedsii C2.3: Theudosiae C4. et *om.* C1. Valentiniano C2.4. || 4 data A2. C1.2; datum C4. || 5 ecclesia A2. homicidiae C4. confugeret C4. Theodosiana C3. || 6 liber A3. C3; libri C1.2.4. nono] VIII A2. C4, *Cuiac. b.* Anthiocum A2; Anthiochum A3; Antiocum A4. C1.2.4. data *om.* A3. ad ecclesiam A3.4; ab ecclesiis C1.2.4. adduci A3.4. C1—4. || 7 indultam vitam C4; inultam vitam C2. eo quem] quo C3. occidi C2. ipse *om.* A2; ipsi C4. serviat C2.3.4; servat C1. || 8 se] si A3. C2.4. intra] in A2. ecclesia A2.3 C1.2; ecclesiae C4. tuere A2. C1—4. timtaverit A2. || 9 ipse A2. eonscienciam A2.3. C3. episcopi *om.* A4; episcopis C1. abstragatur A2. C1.2.3. || 10 De *om.* C6. ingenuum A3. vero *om.* A3.4. C1.2.6. homicidam A3.4. ecclesia C1.2. positum A3. C1.2. interimti A2; interempto A3; interemptio A4; intermittit C1; intermitti C2. praesium A2; precii A4. || 11 expectandam sententiam A3. C1.2. et *sotus* A2. quia] qui C1.2. precio A4. C4, *Cuiac.*; pretii A3. nil A2. evidenter] videtur C1.2. || 12 dominus] vero *add.* C6; domnus C4; domnus noster Theodoricus rex Francorum *in margine Cuiac. b ex edit. Sichardi.* observari C1.2.6; observare C3.4; conservari A3.4. ut] et A2. ingenuos A2.4. || 13 homicidiam C1; umicidam C2. ad ecclesia A2.3.4. C2. is *om.* A2; his A3.4 C4. ipsi C4. ammissi C2.

1) *Laudatur Valent. III. Nov. tit.* 19 *(a. 445.)*: De homidiis casu an voluntate factis: ... Si homicidium vel casu vel vitandae mortis necessitate constiterit admissum, venia tribuatur orantibus; *cfr. interpr.*: ... A rectore provinciae ... debet inquiri, et si certa fuerit suggestio supplicantis, veniam mereatur obtentam ... Si voluntarie ... convictus fuerit homicidium commisisse, ... capitali sententia feriatur. 2) *Laudatur Cod. Theod. IX,* 45: De his, qui ad ecclesias confugiunt, c. 4 *(a. 431.)*; *cfr. interpr.*: Ecclesiae ... reos, qui ibidem ... confugerint, ita tueantur, ut nulli locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumant. 3) *Cfr. Const. cit. i. f.*: ... Sed neque episcopo inconsulto, ... armatum ... ab ecclesiis abstrahi oportebit. 4) *Cfr. infra tit.* 4, 2. 5) *Quae sequuntur, sc. a verbis* et quia *usque ad finem tituli, Ginoulhiac l. c. p.* 575; *v. Savigny l. c. p. II², 22; Bluhme in 'Jahrbuch' II, p.* 208; *Stobbe l. c. p.* 116 *interpolata esse putant; falso, ut iam Brunner l. c. p.* 356 *admonuit.* 6) *Sc. Gundobadus. Manifesto errore cod. C5 habet:* domnus noster Theodericus rex Francorum; *qui error ortus est ex coniunctione tituli* 2. *nostrae Legis Romanae cum Edicto Theodorici regis Ostrogothorum (cfr. cod. C6); cuius nomen in regno Francorum confundebatur cum nomine regis Merowingici. Non solum viri docti XVI. saeculi erraverunt, quod hanc partem tit.* 2. *regi Francorum cuidam attribuerent (sic etiam Cuiacius in editione Paris. a.* 1586, *quamquam ex altera parte connexus inter L. Rom. et Lib. const. intellegebatur), sed etiam Amadutius totam legem Theodorici I. regis Francorum esse existimavit. Ex quo v. Savigny in hanc rem inquisivit, l. c. II², p.* 22 *sqq., inter viros doctos saeculi nostri solus Daniels, Deutsche Reichs- und Rechtsgesch. I, p.* 177, *tam hunc tit.* 2, *quam totam Legem Romanam regi Francorum adscribendam esse censuit; cfr. Ginoulhiac l. c. p.* 546.

cum medietate bonorum suorum occisi heredibus serviturus addicatur; reliqua medietas facultatis eius homicidae heredibus derelinquatur.

[6.] Si vero servus cuiuscumque occisus fuerit ab ingenuo, et ipse homicida ad ecclesiam convolaverit, secundum servi qualitatem infra scripta domino eius precia cogatur exsolvere, hoc est: pro actore C solidi, pro ministeriale LX solidi, pro aratore aut porcario* XXX, pro aurifice electo C, pro fabro ferrario L, pro carpentario XL** solidi inferantur. Hoc ex praecepto domini regis convenit observari.

## Titulus III. De[1] libertatibus.

[1.] Libertates*** servorum propriorum, qui cives Romani efficiuntur, eas esse servandas***, quae aut testamento legitimo aut tabulis in ecclesia recitatis secundum mandatum manumissoris subscriptis a sacerdotibus, id est aut episcopo cum presbyteris, aut presbytero cum diaconibus subscribentibus. firmitatis robor accipiat, secundum legem Theudosiani a Constantino principe latam, quae est sub titulo: De manumissionibus in ecclesia, ad Osium episcopum datam[2].

[2.] De libertis principis. Liberti Romani natione, a principe manumissi, hac ratione de bonis suis testentur, ut fisco debita medietas reservetur: in cuius hereditate nepotes ex filia succedere non iubentur. secundum Gregoriani leges a Gordiano principe ad Trophimum libertum et Calpurnium militem latas[3].

## Titulus IV. De[4] sollicitationibus et furtis.

[1.] Si quis in plagii scelere fuerit deprehensus atque convictus, ut aut ingenuum aut servum sollicitare praesumat aut vendere, capite puniatur, secundum legem

*) aut birbicario (virbicario *C* 6; virvicario *Cuiac.*) aut aliis servis *add.* *C* 5. 6, *Cuiac.* **) LX *C* 1. 2. 4. ***) Manumissione servi cives Romani efficiuntur *Cuiac.*

1 medietatem *A* 3. 4. *C* 1. 3. 4. serviturum *A* 3. 4. serviturus — heredibus *om.* *C* 2. reliqua — derelinquatur *om.* *A* 2. ‖ 2 homicidae *om.* *A* 4, *Cuiac.*; homicidi *C* 1. relinquatur *C* 1—4, *Cuiac.* ‖ 3 vero *om.* *A* 3. 4. *C* 1. 2. ipsa *C* 3. homicidam *C* 1. 2. ad ecclesia *A* 3. *C* 2; de ecclesiam *C* 1. ‖ 4 secundum *om.* *C* 1—3; legem *add.* *A* 3. infrascripto *A* 3. 4; infrascriptam *C* 1. 6; infrascriptum *Cuiac.* eius *om.* *A* 3. pretium *A* 3. *C* 3. 6, *Cuiac.*; precio *C* 1. 2. 4; rescripto *A* 4. ‖ 5 cogetur *C* 1. 2. actorem *A* 3. 4. *C* 1—4. solidi *om.* *A* 4. ministriale *A* 4; ministerialem *C* 1. 4. 6. solidi *om.* *A* 4. *C* 1. 4—6. aratorem *C* 1. 4. ‖ 6 aut pro porcario *C* 3; vel procurario *C* 1. 2; vel porcario *C* 4. aurifece lectum *A* 2; aurofice electo *A* 4; aurefice lito *C* 1. 2: aurifice licto *C* 3. C sol. *A* 2. sol. L *A* 2. ‖ 7 solidi *om.* *A* 2. 4, *Cuiac.* inferantur *om.* *Cuiac.*; inferatur *A* 4. *C* 1. hoc] est *add.* *A* 3. 4. domi nostri regis *C* 2; domni nostri regi *C* 1; domni rei *C* 4. observare *C* 4. ‖ 8 *Extat hic titulus in* *A* 2. 3. 4, § 1 *etiam in* *C* 7. ‖ 9 libertatis *A* 2; libertate *C* 7. priorum *C* 7; propriorum *om.* *A* 4. qui] ferre *A* 3. 4. Romane *C* 7. eas esse] ea haec *A* 4. ‖ 10 servandam *A* 4. in testamento *A* 3. 4. in ecclesia *om.* *C* 7. ‖ 11 subscriptum *C* 7; scriptis *A* 4, *Cuiac.* a sacerdote *C* 7. aut *om.* *C* 7. episcopi *A* 3. 4; episcopis *Cuiac.* ‖ 12 presbytero] presbiteri *A* 3. 4; presbyteris *Cuiac.* subscriptis *A* 3. 4. *C* 7, *Cuiac.* accipiant *C* 7. ‖ 13 Theđ. *C* 7. principe *om.* *Cuiac.*; principum *A* 2; pū *A* 4. lata qui *C* 7. manomissoribus *A* 2. in ecclesia — datam *om.* *C* 7. in ecclesiae *A* 4. ‖ 14 Otium *A* 3. 4. ‖ 15 De libertatis principes *A* 2; Libertis principes *A* 3. 4; Libertus principis *Cuiac.* Liberti *om.* *Cuiac.*; Libertatis *A* 3. 4. Romana civitate *Cuiac.* nacionis *A* 2. 3. 4; donatus *Cuiac.* et manumissus *Cuiac.* ‖ 16 testetur *A* 3. 4, *Cuiac.* in *om.* *A* 2. hereditatem *A* 2. ‖ 17 nepotis *A* 4. ex filias *A* 4; ex filio *A* 2. Gregoriam *A* 3. 4. legis *A* 2; legem *A* 3. 4. Goriano *A* 2. ‖ 18 ad Trophimum *om.* *A* 4, *Cuiac.*; ad Trovennum *A* 3. libertum *om.* *A* 4, *Cuiac.* et] ad *Cuiac.* Calporifum *A* 3; Calporifumi *A* 4. latam *A* 3. 4. ‖ 19 *Extat hic titulus in* *A* 2. 3. 4. De sullicitacionibus *A* 2. ‖ 20 plagis *A* 3. 4. ‖ 21 praesumpserit *A* 4, *Cuiac.* vindere *A* 2. legem *om.* *A* 4.

1) *Cfr. Lib. const. tit.* 3: De libertatibus servorum nostrorum; *cfr. Lib. const. tit.* 40, 57. 88; *infra tit.* 44, 5. 2) *Laudatur Cod. Theod. IV,* 7: De manumissionibus in ecclesia, c. 1 *(a. 321.)*; *cfr. interpr. huius const.* 3) *Quae leges inter Gregoriani Codicis fragmenta hodie extantia non inveniuntur; cfr. Gai Instit. III,* 41. *Brunner l. c. p.* 268, *not.* 49. 4) *Cfr. Lib. const. tit.* 4: De sollicitationibus et furtis; *Lib. const. tit.* 25.

Theudosiani libro IX. datam sub titulo: Ad legem Fabiam, ad Domicium Celsum vicarium Africae[1].

[2.] Quod si ad ecclesiam reus ipse confugerit, quid domino aut parentibus pro facti ipsius crimine satisfieri debeat, principis est expectanda sententia[2].

[3.] De furtis etiam obiectis et probatis haec forma servabitur, ut ingenuus furto ablata quadrupla solutione dissolvat, servus vero pro furti crimine aut a domino ad vindictam tradatur, aut res perdite ei, qui damnum pertulit, cum vindicta a servi domino reformentur, secundum sententiam Pauli sub titulo: De furtis, emissam[3].

[4.] Quod si caballum aut duos boves vel duas equas furto ingenuus aut servus abstulerit, morte damnetur[4].

## Titulus V. De[5] iniuriis aut cedibus admissis.

[1.] Si[6] quid forte ita temerarie admittitur, ut vulnus aut fractura ossuum infligatur, aut in conviciis atrocibus forte proruperit, solutio vel vindicta facti ipsius pro qualitate persone in iudicis arbitrio estimatione consistit. Secundum regulam Gai sub titulo: De iniuriarum actione[7], iniuria enim gravis est, quae in publico vel in foro ab humiliore persona honestiori infertur.

1 Theudosiano *A* 3; theod *A* 4. dato *A* 2; datum *A* 3. 4. sub titulum *A* 3. Ad lege *A* 2. ad (a *A* 3) Domisium *A* 3. 4. || 3 in ecclesia *A* 2. ipse *om.* *A* 4, *Cuiac.* pareuti *A* 3. 4, *Cuiac.* || 4 factu *A* 4. satisfacere *A* 3. 4, *Cuiac.* expectandam sententiam *A* 3. || 5 ingenuo *A* 3. 4. furtum *A* 4, *Cuiac.* 6 ablato *A* 2; oblata *A* 4, *Cuiac.* quadruplo *A* 3; quadrublo *A* 4; quadrupli *Cuiac.* pro furto *A* 4. ad] aut ad *A* 4. || 7 vindicta *A* 2. perdite] tradite *A* 4, *Cuiac.* vindictam *A* 3. 4. || 8 refurmuntur *A* 2. emissam *om.* *Cuiac.*; emissa *A* 2; emissis *A* 3. 4. || 9 si *om.* *A* 4. cavallum *A* 2; caballo *A* 3. 4. aut] vel *A* 3. 4. duos] duus *A* 2. vel] aut *A* 3. 4. furtu *A* 2. ingenuos *A* 3. 4. || 10 abstulit *A* 3. 4, *Cuiac.* mortem *A* 3. || 11 *Extat hic titulus in* *A* 2. 3. 4. aut] vel *A* 3. 4, *Cuiac.* amissis *A* 3; ammissis *A* 4. || 12 Si quis *A* 3. 4, *Cuiac.* ita *om.* *A* 4, *Cuiac.* timerarie *A* 2. admittitur *om.* *Cuiac.*; admittetur *A* 2. ut] aut *A* 3. 4, *Cuiac.* fracturam *A* 3. 4, *Cuiac.* os suum *A* 3. infrigatur *A* 2; inflixerit *Cuiac.* || 13 in convicia atrocia *Cuiac.* corruperit *A* 3. facta *A* 3. 4. pro *om.* *A* 4. || 14 persone *om.* *A* 4, *Cuiac.* in *om.* *A* 3. 4. et aestimatione *Cuiac.*; extimatione *A* 3. 4. consistat *A* 4, *Cuiac.* Gagi *A* 2; Gaii *A* 4. || 15 actionem *A* 4; accionem *A* 2. iniuriam *A* 2; iniuria *om.* *A* 4, *Cuiac.* foro] ore *A* 2. || 16 ab humiliore *om.* *A* 2. persone *A* 2. honesciore *A* 2; nullo rei *A* 4; inlustriori *Cuiac.* inferetur *A* 2; perfertur *A* 4.

1) *Est Cod. Theod. IX,* 18*:* Ad legem Fabiam, *c. un. (a.* 315*.); cfr. eius interpr.:* Hi (*const.:* plagiarii), qui filios alienos furto abstulerint, et ubicunque transduxerint, sive ingenui sive servi sint, morte puniantur; *cfr. Pauli Sent. rec. V,* 30 *B; Mos. et Rom. Leg. Coll. XIV,* 2*; Ed. Theod.* 78. 83*; infra tit.* 20. 2) *Cfr. supra tit.* 2, 5. 3) *Est Pauli Sent. rec. II,* 31, 7. 13*; cfr. interpr. cit.* § 7*:* Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit. 4) *Cfr. Lib. const. tit.* 4, 1. 2. *Pauli Sent. rec. V,* 18, 1*:* Qui unum equum vel duas equas totidemque boves ... abegerint ... 5) *Cfr. Lib. const. tit.* 5*:* De his, qui flagello, fuste, calce vel pugno percutiunt; *Pauli Sent. rec. V,* 4*:* De iniuriis. 6) *Recte iam Barkow l. c. p.* 18 *admonuit, verba* secundum regulam ... actione *in editionibus prioribus male verbis praecedentibus iuncta esse. In conscribendo hoc titulo compilatores Gai Institut. III,* 220 *sqq. et Pauli Sent. rec. V,* 4 *usitati sunt. Cfr. supra p.* 12, *l.* 36—41*; Pauli l. c.* § 1*:* Iniuriam patimur ... conviciis; § 6. 7: Iniuriarum actio ... de .. membris ruptis et ossibus fractis; .. quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatur aut ... supplicio vindicatur. *Gai l. c.* § 225*:* Atrox (gravis *cfr. D. XLVII,* 10, *l.* 17, 3*; Epit. Aegid. ad Pauli Sent. rec. V,* 4, 12*)* autem iniuria aestimatur, ... si cui in theatro aut in foro ... vel senatori ab humili persona facta sit. 7) *Perperam Bluhme LL. III, p.* 599, *coniecturam a Schulting propositam sequens, Legem Romanam h. l. respicere ad Gai Regularum librum III. censet; cfr. D. XLVII,* 10, *l.* 43. *Constat quidem commentarios quatuor Institutionum Gai in forma originali titulis distinctos non fuisse; codices autem Institutionum scriptos c. saec. VI. in titulos fuisse digestos, forma demonstratur, qua in L. Rom. Visig. opus illud receptum est; cfr. Huschke in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' (*1868*), VII, p.* 163.

[2.] Si[1] vero servus in his criminibus reus agnoscitur, cesus sub poena vinculorum temporalium domino restituatur, secundum sententiam Pauli libro V. sub titulo: De iniuriis.

### Titulus VI. De[2] fugitivis inquirendis vel discutiendis.

[1.] Ubicumque persona huiusmodi inventa fuerit, seu ingenuum dicat se esse seu servum, locorum iudicibus aut a domino, si ad eius notitiam pervenerit, aut ab actore, qui possessioni ipsius praeest, discutiendus intra annum debeat praesentari, ita ut iudices personam ipsam propter ingenuitatis nomen sine dubietate discutiant.

[2.] Quod si dominus servum aut colonum alienum, regionis dumtaxat nostrae, sciens in domo vel in agro suo consistentem iudicibus non praesentat, aut admonitus a fugitivi domino eum adsignare dissimulat, multam retemptatoris incurrat, sicut ultima Theudosiani lege: De fugitivis et colonis, inquilinis et servis, legitur constitutum, ad Florencium comitem sacrarum largitionum data[3].

[3.] Quod si mulierem[4] eius, cuius ager est, aut habit aut si[bi] forte, domino vel actore nesciente, coniunxerit[5], vicariam eiusdem meriti fugitivi dominus dare debebit[6].

[4.] Quod si actor nesciente domino fugitivum suscipere aut tenere praesumpserit, aut iudici praesentare distulerit, factum eius fustuario supplicio a iudicibus vindicetur et fugitivi dominus servum suum cum peculio, quod habet, et exacta operarum solutione recipiat[7].

[5.] Si vero in fisci prediis inventi fuerint, advocatus fisci vel procuratores conditione simili teneantur, si ea, quae supra scripta sunt, implere neglexerint[8].

1 in discriminibus *A* 2. reus *om.* *A* 4, *Cuiac.* agnuscetur *A* 2. || 2 Pauli, *om.* libro — iniuriis, *A* 4; Pauli de iniuriis, *om.* libro — titulo, *A* 2; Pauli liber V. sub titulo: De his qui per turbam fiunt, *om.* de iniuriis, *A* 3; Pauli lib. V., *om.* sub — iniuriis, *Cuiac.* || 4 *Extat hic titulus in* *A* 2. 3. 4. || 5 De iniuriis *praemittunt* *A* 3. 4; De fugitivis *praemittunt edd. Cuiac.* huiuscemodi *A* 3. 4. *Cuiac.* se] si *A* 3. 6 nucicia *A* 2. ab actore] a gere *A* 4. || 7 possessione *A* 3. 4. ipsius *om.* *A* 4, *Cuiac.*; ipsi *A* 3. debet *Cuiac.* || 8 iudicis *A* 2. ingenuitates nomine *A* 3. 4. || 9 dominus *om.* *A* 2, *Cuiac.*; non *A* 4. rationis *A* 4; nationis *Cuiac.* nostra *A* 3. 4. || 10 suo *om.* *A* 4. *Cuiac. a.* amonitus *A* 2. || 11 eum] eum *A* 3. multa *A* 2. 4. retentatores *A* 2; retentoris *Cuiac.* || 12 legis *A* 2. legitur *om. Cuiac.*; lege *A* 3. 4. constitutum est *Cuiac.* || 13 ad (Fl)orencium *A* 2; ad (a *A* 3) Florento *A* 3. 4; ad Florentum *Cuiac. a.* largicione *A* 2; lagiciosum *A* 3; largitiosum *A* 4. data] latam *A* 3. 4; lata *Cuiac.* || 14 mulierem] *sic* *A* 2; mulier *A* 3. 4, *Cuiac.*; mulieri *ex coniect. Bluhme.* ei *Cuiac.* (ha)bit aut *A* 2; habet aut *A* 3. 4; habitatio *ex coniect. Bluhme*; *om. Cuiac.* si forte *A* 2; forti si *A* 3; forte se *A* 4. actori se domino, *om.* vel, *Cuiac.* auctore nescient *A* 2. || 15 mereti *A* 2. dominum *A* 4; domino *A* 3, *Cuiac.* debeat *A* 4; debet *Cuiac.* || 16 susciperit *A* 3; susceperit *A* 4, *Cuiac.* || 17 indicem *A* 4; iudice *A* 3. a iudice *A* 3. 4, *Cuiac.* || 18 et] ut *A* 2. exacta, *om.* et, *A* 4, *Cuiac.* opera *A* 2. || 20 fisci] si vero *add.* *A* 2. praedii si *A* 3. 4. procuratoris *A* 2. 3. || 21 condictioni *A* 4; conditioni *Cuiac.* teneatur *A* 3. 4; teneant *A* 2. neelexerit *A* 2; nelexerint *A* 4.

1) *Cfr. Pauli Sent. rec. V*, 4, 22: Servus ... flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 6: De fugitivis; *cfr. Lib. const. tit.* 39; *Frag. Visig. (Gaudenzi)* 19; *Ed. Theoder.* 80 *sqq.*; *L. Visig. IX*, 1, 3. 5; *Valent. III. Nov. tit.* 30. 3) *Haec constitutio hodie non exstat; cfr. Cod. Theod. V*, 9: De fugitivis colonis, inquilinis et servis: *Gaudenzi l. c. p.* 153. 4) *Servam domini agri.* 5) *Sc. fugitivus.* 6) *Domino agri et servae, quae fugitivum a domino vindicatum, maritum suum, sequitur. Cfr. Valent. III. Nov. tit.* 30 *(a. 451.)*: De colonis vagis, § 3: Item placet, ut pars, cuius maritum esse constiterit, pro uxore eiusdem meriti vicariam reddat. 7) *Cfr. Lib. const. tit.* 39, 3. 5; *tit.* 6. 1; *L. Visig. IV*, 1, 16. 17; *Cod. Theod. V*, 10: De inquilinis et colonis, *c. un. (a.* 451*)*: ... cum omni peculio atque mercedibus. 8) *Cfr. Cod. Theod. II*, 1, *c.* 1; *VII*, 18, *c.* 7 *i. f. c.* 12 *i. f.*

Titulus VII. De[1] obiectione criminum vel inscriptionibus ingenuorum sive servorum.

[1.] Si quis ingenuus ingenuo crimen intendens, quod obiecit, se scripserit probaturum, si probatio defuerit, inscribendi se cum eo, quem accusat, corporali supplicio licentia non negetur, ita ut aut caput aut facultatem suam obliget, sicut lex Theudosiani libro nono sub titulo primo designat, quae ad Marinianum vicarium Spanie data est[2].

[2.] Si vero ingenuus servum cuiuscumque putaverit inscribendum, aut caput suum aut facultatem integram noverit obligari, quam non probato crimine domino servus adquirat[3].

[3.] Si[4] vero servus alium servum alterius domini crediderit inculpandum, citra inscriptione dominorum iudicis examinatio, si ita necessitas exegerit, etiam adhibitis suppliciis ordinem veritatis inquirat.

[4.] Quicumque vero calumniam criminis probatus fuerit obiecisse, si obiecta non convicerit, poena simili subiacebit, secundum legem Theudosiani libro nono, quo supra, ad consules, praetores, tribunos plebis et senatum latam[5].

[5.] Accusandi vero permissum quae persona non habeat, legibus designatur, hoc est: ne servus dominum vel patronum libertus seu familiaris praeter solum crimen maiestatis accuset[6].

[6.] Crimina[7] vero maiestatis haec sunt, quae legibus designantur, id est: salus principis, traditio regionis aut adeptio tyrannidis.

1 *Extat hic titulus in A 2. 3. 4 et a media* § 3. *in A 5.* obiectionibus *A* 2. inscriptionibus *ex emend.*; inscriptionum *A* 2; increpationibus *A* 3. 4, *Cuiac.* ingenuorum sive servorum *om. A* 4, *Cuiac.* || 3 ingenuos *A* 3. 4. intendent *A* 2. obicet *A* 4; obiicit *Cuiac.* se *om. A* 4; si *A* 2. probatorum *A* 3. 4. || 4 inscribendi] *sic Cuiac.*; inscribendis *A* 2; scribendis *A* 3. 4. se cum eo quem] quem eo que *A* 2. || 5 licenciam *A* 2. 3. negatur *A* 3. 4, *Cuiac.* ut aut] ut, *om.* aut, *A* 3. 4, *Cuiac.* || 6 in libro *A* 3. 4, *Cuiac.* primo *om. A* 2. 3. quam *A* 3. 4. Marriano *A* 2. Espaniae *A* 4, Hispaniae *Cuiac.* est *om. A* 2. || 7 servus *A* 2. scribendum *A* 3. 4. || 8 quae *A* 3. 4. domino *ex emend. Schulting*; dominus *A* 2; domini *A* 3. 4, *Cuiac.* || 10 alium] alienum *A* 4, *Cuiac.* *In verbo* domini *initium est cod. A* 5. inculpando *A* 2; incusandum *A* 3—5, *Cuiac.* citra *om. A* 4. 5, *Cuiac.* || 11 iudices *A* 3—5. exegerit] adserit *A* 3—5, *Cuiac.* || 12 ordine *A* 2. || 13 calumnia *A* 2. crimini *A* 3—5, *Cuiac.* obieccesse *A* 2; et vicisse *A* 5; evicisse *A* 3. 4, *Cuiac.* si *om. A* 2. || 14 poenae *Cuiac.* haec *pro* secundum *A* 5. legis *A* 3—5. eodem libro et titulo, *om.* quo supra, *Cuiac. a.* libro *om. A* 4. 5, *Cuiac. b.* nono *om. A* 2. 4. 5, *Cuiac. b.* quo] quod *A* 3. 4; quos, *om.* supra, *A* 2. || 15 ad consoles *A* 2; ad consiliarium *A* 3—5. praetores] praeturiis *A* 2; praeturii *A* 3. 4; praeturi *A* 5. tribunis *A* 2; tribuni *A* 3—5. senatum] sententiam *A* 4. 5. latam] *sic A* 4. 5, *Cuiac*; alatam *A* 3; dato *A* 2. || 16 personam *A* 5. habeant *A* 2. 3. || 17 domino *A* 3. cofamiliaris, *om.* seu, *A* 5. || 19 crimina — designantur *om. A* 3. designatur *A* 5. salus principes tradicio regiones aut adeptio tyrannides *A* 2; solus principis ad ipso tyrannidis, *rel. om.*, *A* 3; solus principes adeptio tirannis, *rel. om.*, *A* 4; solus principes ad ipsus tirannides, *rel. om.*, *A* 5; adversus principem adpetitio tyranni *Cuiac.*

1) *Cfr. Lib. const. tit.* 7: De servis et originariis, qui vocantur in crimine; *tit.* 8: De obiectione criminum, quae ingenuis intenduntur; *tit.* 77: De inscriptionibus. 2) *Est Cod. Theod. IX,* 1: De accusationibus et inscriptionibus, *c.* 14 *(a.* 383.*)*; *cfr. interpr. huius const.*: Quicumque alium ... capitali obiectione pulsaverit (*const.*: .. crimen suspectae mortis intendit), non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum. 3) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 1, *c.* 14, *interpr.*: Et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset. 4) *De fonte, unde haec manaverint, incerti sumus*; *cfr. D.* XLVIII, 10, *l.* 8 *sqq.*; *D.* V, 1, *l.* 53. 5) *Est Cod. Theod. IX,* 1, *c.* 19 *(a.* 423.*)*: ... Qui crimen intendit, .. nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. 6) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 6, *rubricam*: Ne praeter crimen maiestatis servus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset. 7) *Ex fonte ignoto; verba* quae legibus designantur *repugnare videntur opinioni, quam*

## Titulus VIII. De[1] violentiis.

[1.] Si quis violentiam ita convincitur admisisse, ut collectis turbis per vim inruens deiciat possidentem, nec eum civili, ut legum est, actione pulsaverit, capitali sententia feriatur; si tamen rem, de qua possidentem depulit, sui iuris debere esse non convicerit, tum demum est, ut poena supra scripta damnetur[2].

[2.] Quod si suam quidem proprietatem esse convicerit, medietas eius rei in eius proprietate permaneat, alia medietas propter admissam violentiam fisci viribus societur, secundum legem Theudosiani libro nono sub titulo: De vi publica et privata, ad Bassum praefectum Urbis datam[3].

[3.] Si vero servi inscio domino violentiam huiusmodi, quae supra scripta est, intulerint, morti subdantur. Quod si per discussionem iudicis conscio domino violentia probatur admissa, domini pronunciantur infames, servi metallis deputantur[4].

[4.] De his vero, quibus sine tumulto solum occupate aut pervase rei actio intenditur, et convictus fuerit rem indebite tenuisse, post conventionem duplus fructus cum rei ipsius restitutione dissolvat. Si vero simpliciter rem possedit, usque ad conventionis tempus simplus fructus dissolvat, post conventionem duplus, ut dictum est, inferat repetenti[5].

1 *Extat hic titulus in* A 2—5. *In margine* A 5: Hic require de violenciis. || 2 violencia A 2. 3. ut] et A 3—5. || 3 deieciat A 2. ut] quod A 3. 4, *Cuiac.*; quo A 5. || 4 possedente A 2. depolit A 3. 5. sui] si sui A 4. 5. non debere (deberet A 5) esse A 3—5; non esse, *om.* debere, *Cuiac.* || 5 convincerit A 2. tunc A 5. || 6 sua quidem id A 4. 5. || 7 in eius proprietate] in sua firmitate A 3—5, *Cuiac.* || 8 titulum A 2. || 9 pft urbis A 2; pu urbis A 3. 5; pu urb A 4. data A 2. 5. || 10 insocio A 4. est *om.* A 3—5. || 11 discussione A 2. violenciam A 5. || 12 dominus *Cuiac.* pronuncientur A 3—5; pronuntietur *Cuiac.* infamis A 3. 4, *Cuiac.* metalles A 2. deputentur A 3—5, *Cuiac.* || 13 De eo *Cuiac.* quibus sine] si A 4. 5; qui per *Cuiac.* tumultum A 3—5, *Cuiac.* occupat aut pervaserit (pervasserit A 5), *om.* rei, A 3—5, *Cuiac.* || 14 tenditur A 2. et] si *add. Cuiac.* indebetae A 2. convencione A 2. || 15 possidet A 3. 4, *Cuiac.* || 16 simplex A 5. ut] sicut A 3—5, *Cuiac.* || 17 repetendi A 5.

*Bluhme secutus est, haec ipsis compilatoribus Legis Romanae tribuenda esse; cfr. Pauli Sent. rec.* V, 29, 1; *D.* XLVIII, 4, *l.* 10. 11. 1) *Cfr. Lib. const. tit.* 9*:* De inlatis violentiis; *tit.* 25*:* De furtis et violentiis. 2) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 10*:* Ad legem Juliam de vi publica et privata, *c.* 1 *(a.* 317.*), interpr.:* Convictus in iudicio de violentiae crimine (*const.:* .. manifestam commisisse violentiam) capite (*const.* supplicium capitale) puniatur nec sententiam ...; *c.* 2*: (a.* 317.*)* ... Poena adstringat, qui vi deiicere possidentem voluerit; *c.* 3 *(a.* 319.*):* Si quis ad se fundum ... asserit pertinere ... civiliter super possidendo agat; .. quod si .. vim possidenti intulerit ... amissae possessionis iura reparentur ... 3) *Est Cod. Theod. IX,* 10, *cit. c.* 3*:* ... Quod si pro eo, quem claruerit esse violentum, sententia proferetur, omnium rerum de quibus litigatum est media pars penes eum resideat, cetera fisci viribus vindicentur. 4) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 10, *c.* 4 *(a.* 390.*), interpr.:* Si servi inscio domino ... convicti fuerint violentiam commisisse, addicti tormentis gravibus (*const.:* postremo supplicio deditos) puniuntur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini ... notantur infamia (*const.:* dominum infamem pronuntiandum) ... Servi autem ... in metallum detruduntur (*const.* metallis ... dedi). Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre ... 5) *Cfr. Cod. Theod. IV,* 18*:* De fructibus et litis expensis, *c.* 1, *interpr.:* Quisquis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod rem sibi non debitam occupare praesumpsit, sed et ille, qui conventus (*const.:* qui post conventionem) a certo domino reddere pervasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, cum superatus fuerit, teneatur (*const.:* nec tantum simplorum fructuum praestationem ...), sed fructus rei ipsius duplos ex eo tempore, quo res pervasa est, cogatur exsolvere; ... nam qui simpliciter sine praesumptione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter solvat, ex quo re in iudicio deducta, quod rem male possideat, conscientiam ipsius coeperit non latere. *Cfr. infra tit.* 35, 3; 39, 3.

[5.] Quod si res mobiles vel sese moventes per vim quisque rapuerit, intra annum quadrupli solutione multabitur, post annum vero simpli satisfactione solvatur[1].

Titulus IX. De[2] raptibus virginum et viduarum.

[1.] Raptorum probata crimina taliter punienda, ut, si quis puellam, cum parentibus nihil ante depectus, rapuerit aut volentem abduxerit, una cum facinoris ipsius intercurrentibus vel admissoribus puniantur[3].

[2.] Nec parentibus liceat de hoc crimine cum raptore sub qualibet pactione conponere. Quod si facere praesumpserint, interfecto raptore conpositores ipsius criminis in exilio deputentur; quoniam tali se conditione iungentibus parentum successio denegatur[4].

[3.] Cuius admissi persecutio intra quinquennium exercenda; post quinquennium vero actio persequendi criminis denegatur, secundum legem Theudosiani libro nono ad populum datam[5].

[4.] Quod si devotam Deo puellam raptor abduxerit, et de coniunctione viri illa consenserit[6], filii ex tali conditione nati, punitis his secundum legem Theudosiani ad Secundum praefectum praetorio datam, qui se taliter coniunxerint, in hereditatem non veniant; quibus etiam si principali beneficio praestatur vita, filios legitimos in pote-

1 rem mobilem *Cuiac.* moviles *A* 2; mobilis *A* 3—5. sese] si se *A* 2. 3; si *A* 5. movente *A* 2; movendis *A* 4; movend *A* 3; moventis *A* 5; moventem *Cuiac.* per vim] sui *A* 2. quis *Cuiac.* || 2 solutionem *A* 3. simbli *A* 2; simpla *A* 3—5. satisfactionem *A* 3. solvetur *Cuiac.* || 3 *Extat hic titulus in A* 2—5. *In margine A* 5: Hic require per vim quicquit rapuerit *(cfr. not. marg. tituli sequentis).* raptu *A* 3. 4, *Cuiac.*; rapto *A* 5. || 4 Raptorum *ad rubricam A* 3. 4. quis *om. A* 3—5, *Cuiac.* puellam *om. A* 2; puella *A* 3—5. || 5 antea nihil *A* 2. depecti rapuerint *Cuiac.* volentem] violenter *A* 4. 5. adduxerit *A* 2. 5; abduxerint *Cuiac.* facinoribus *A* 2. || 6 amissoribus *A* 3; ammissoribus *A* 4. 5. poniantur *A* 2. || 7 de *om. A* 2. quamlibet *A* 3—5. pactionem *A* 3. || 8 praesumpserit *A* 3. 4. conpositoris *A* 3. 5. || 9 exilium *Cuiac.* deputantur *Cuiac.* quoniam tali] quem talis *A* 4; puellae quae tali *Cuiac.* si *A* 2. iungentes *A* 2; iunxerit *Cuiac.* cessio *A* 5. || 11 amissi *A* 5. || 12 vero *om. Cuiac.* actio *ex emend.*; accione *A* 2. 5; actione *A* 3. 4, *Cuiac.* denegata *A* 3. 5; devulgata *A* 4, *Cuiac.* nonus *A* 5. || 13 data *A* 2—5. || 14 devota Deo puella *A* 2—5, *Cuiac.* raptor abduxerit et *om. A* 3—5, *Cuiac.* abduxerit *ex emend.*; adduxerit *A* 2. de coniunctione viri *om. A* 2. || 15 fili *A* 5. ex *om. A* 3—5. conditione] contubernio *A* 3—5, *Cuiac.* his *om. A* 3; es *A* 5. secundum] iuxta *A* 3—5, *Cuiac.* || 16 p̄ft̄ p̄ter *A* 2; pū *A* 3—5. data *A* 2. qua *A* 3; quis *A* 4. se *om. A* 2; si *A* 3—5. coniuncxerant *A* 3—5, *Cuiac.* in hereditate *A* 2. 3. 5. || 17 veniant] succedent *A* 2. qui *Cuiac.* si *om. A* 2. beneficium *A* 5. praestitur *A* 3. 4; praestetur *A* 5; praestito *Cuiac.* vita] vitatur *A* 3—5; nitantur *Cuiac.* filius *A* 2—5; filii *Cuiac.* legitimos *om. A* 2; legitimus *A* 3—5; legitimi *Cuiac.* in potestate *om. A* 3—5, *Cuiac.*

1) *Cfr. Gai Instit. III,* 209*:* Qui res alienas rapit tenetur . . . intra annum quadrupli, post annum simpli; *Ed. Theoder.* 109. 124. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 12*:* De raptibus puellarum; *Cod. Theod. IX,* 24, *rubr.:* De raptu virginum vel viduarum; *Ed. Theoder.* 17. 20. 3) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 24, c. 1 *(a.* 320.*):* Si quis nihil cum parentibus puellae ante depectus invitam eam rapuerit vel volentem abduxerit . . . (*interpr.:* puniantur) . . . Participes . . . et ministros raptoris . . eadem poena . . . subiugari. 4) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 24, c. 1, § 2: Et si voluntatis assensio detegitur in virgine . . . eis parentum negari successionem (*interpr.* parentum suorum denegetur successio); *interpr. huius const.:* . . Quod si fortasse raptor cum parentibus puellae paciscatur (*const.:* facinus . . . pactione transmissum), . . . parentes . . . exilio deputentur; *cfr. Prim. const.* § 5. 5) *Verba:* secundum legem Theudosiani libro nono ad populum datam, *poni debuerunt, quod iam Barkow admonuit, post verba:* successio denegatur *(in fine* § 2.*); nam* § 3. *non ex hac constitutione sumpta est, sed ex ea, quam Impp. Valens, Gratianus et Valentinianus ad Maximinum praefectum praetorio anno* 374. *dederunt. Cfr. Cod. Theod. IX,* 24, c. 3*:* . . . ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquennii tribuimus facultatem; *interpr. huius const.:* sed post quinquennium nec . . . raptoribus aliquid opponatur. 6) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 25*:* De raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum, *c.* 1

state habere non possunt, nec eorum hereditatem quoquo modo vindicare; sed facultas ipsa proximis parentibus adquirenda[1].

### Titulus X. De[2] successionibus diversis.

[1.] Secundum Gai regulam[3] patri matrive intestatis filii filieve aequo iure succedant. Quod si filius habens filios forte decesserit, in loco patris nepotis neptisque ex filio nati eandem, quam pater eorum accepturus erat, capiant portionem[4].

[2.] Si vero filia superstitibus parentibus obierit, tertiam de portione matris filii eius perdant et in bisse[5] materne portionis succedant. Trians vero ille avunculis sive materteris, id est: matris fratribus vel sororibus adquiratur, secundum legem Theudosiani libro V. sub titulo: De legitimis hereditatibus, ad Constantinum praefectum praetorio Galliarum promulgatam[6].

[3.] Quod si defunctus ipse filios non habeat vel nepotes ex filio et nepotes tantum ex filia relinquat, in dodrante, id est: in tribus hereditatis portionibus avo

1 haberi *Cuiac.* hereditate *A* 2; successione *A* 3—5; successionem *Cuiac.* quoquo modo] non potunt *A* 3—5; poterunt *Cuiac.* || 2 acquirenda] secundum Gai (Gagi *A* 2) regula *add. A* 2—5. *Recte monuit Bluhme, ultima haec tria verba vel prorsus reicienda vel cum titulo sequenti coniungenda esse.* || 3 *Extat hic titulus in A* 2—5. *In margine A* 5 *leguntur ad* § 1: Hic require in loco partis (*lege:* patris) nepotis succedunt; nepotes ex filia triante, *ad* § 3: Hic require, quod si devota Deo rapuerit et ipse hoc consenserit *(quae tamen nota praecedenti titulo adscribi debuisset), ad* § 5: Hic roquire de legitimis heredibus, *ad* § 6 (*cfr.* § 8): Hic require in loco fratris frater vel soror germana succedat. || 4 Secundum Gai regulam *ex emendatione huc transposui. Verba* patri matri *cum rubrica coniuncta sunt in A* 5. patris matisve *A* 2. filii] fili *A* 2; filiis *A* 3—5. filie ve quo *A* 5. || 5 succedunt *A* 3. filios] filius *A* 2. 4. discesserit *A* 4; decesserint *A* 5. locum *Cuiac.* nepotes neptesque *Cuiac.* || 6 nati nataeve *Cuiac.* nate eadem *A* 3—5. accepturus] habiturus *A* 3—5. *Cuiac.* || 7 filia] filias *A* 4; filiae *Cuiac.* obierint *A* 3. 5, *Cuiac.*; obiecerint *A* 4. tercia *A* 2. 3. 5. de porcionem *A* 2. 4. || 8 bisse] bis *A* 5; bessem *Cuiac.* mat. port.] portionis (portione *A* 4) materne *A* 3—5. treans *A* 5; triens *Cuiac.* illi *A* 3—5. || 10 sub tit. ad Const. pr. pr. Gall. de legit. hered. *A* 2—5. prefet. pret. *A* 2; pu̅. *A* 3—5. || 11 promulgata *A* 3—5. || 12 filius *A* 2. 4. 5. non *om. A* 2. abet *A* 5. vel] aut *A* 3—5, *Cuiac.* et nepotes] et neptes *A* 2; et neptis *A* 3. 4. || 13 dodrantem *A* 3—5, *Cuiac.* hereditatibus *A* 3—5; hereditates *A* 2. portionibus] neptis *add. A* 4; nepotis *add. A* 3. 5; nepotes *add. Cuiac.*

*(a. 354.), interpr.:* Quicumque . . sacratam Deo virginem … rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit … 1) *Cfr. Cod. Theod. IX, 25, c.* 2 *(a. 364.):* Si quis non dicam rapere, sed vel attentare matrimonii iungendi caussa sacratas virgines vel viduas, volentes vel invitas, ausus fuerit, capitali sententia ferietur. Filii ex tali contubernio nati punitis his iuxta legem, in hereditatem non veniant; quibus etiamsi principali beneficio praestetur vetetur *(lege:* vita*)* et facultas … eorum proximis heredibus adquirendam; *Aviti archiep. Vienn. epist.* 49. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 14*:* De successionibus; *infra tit.* 22, 9; 28. 37, 2; *Frag. Visig. (Gaudenzi)* 7. *Cfr. Gaudenzi l. c. p.* 28. 3) *Constitutio citata Cod. Theod. IX,* 25 *demonstrat, verba:* secundum Gai regulam, *non, ut in codicibus, finem tituli* 9, *sed initium tituli* 10. *facere; Barkow haec verba titulo* 9. *tribuit.* 4) *Haec paragraphus prima non ex Gai Regularum libro derivata est, ut Bluhme putat, sed ex Gai Instit. III,* 1 *sqq.: cfr. etiam formam Visigothicam Gai II,* 8, *et in titulo:* De intestatorum hereditatibus *verba* 'regulare', 'regulariter'; *Krüger l. c. p.* 318. *De qua re dubitare non possumus, respicientes Gai Instit. III,* 7 *formam Visigothicam, II,* 8, 2*:* Si quando aliquis moriatur et reliquerit … ex filio mortuo nepotes neptesve … nepotes ex filio … succedunt, ut nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. 5) *'Bisse' significat duas tertias partes; cfr. Ducange s. v.* 6) *Laudatur Cod. Theod. V,* 1*:* De legitimis heredibus, *c.* 4 *(a.* 389.*); cfr. interpr. huius const.:* Si aliquis moriatur intestatus … nepotes ex filia de portione matris suae tertiam perdunt, quae superstitibus avunculis eius et materteris proficit *(const.. ..* tertia pars fratribus sororibusve eius quae defuncta est … avun-

avieque succedant; quarta vero, id est Falcidia[1], ad agnatos defuncti* eiusque filio, nepoti ac pronepoti per virilem sexum descendentibus deferatur[2].

[4.] Si vero nepotibus conpetens portio ab avis, id est quarta portionis paterne aut materne, non dimittitur, de inofficioso eandem, quae filiis conpetit, contra heredes institutos moveant actionem, quod in supra scripta lege tenetur insertum[3].

[5.] De successione vero matrum vel patruorum, qualiter filio defuncto succedant, evidenter exprimitur. ut de hereditate defuncti filii mater tertiam, bisse patruus vel, si plures fuerint, patrui consequantur; quam et in portionem filius patrui et nepos per virilem sexum agnationis iure veniens debet succedere, secundum legem Theudosiani, titulo** supra scripto ad Bassum praefectum Urbis datam[4].

[6.] Quod[5] si defunctus*** nec matrem habuerit nec filios nec nepotes, avus ei paternus aviaque paterna succedant.

[7.] Quae persone si defuerint, pronepos proneptisque ad hereditatem eius veniant; quibus etiam non extantibus, proavo et proavie locus successionis aperitur.

[8.] De† successionibus vero a latere venientibus fratri vel sorori intestatis frater

*) parentis, id est patris (fratris *A* 3) defuncti *add. A* 3—5; parentis fratri *add. Cuiac.* **) titulo I. libro V. *A* 3; titulo primo libro I. *A* 5; titulo V. *A* 4; libro V. titulo *Cuiac.* primam libro V. titulo *ex emendatione Bluhme.* ***) nec patrem *add. A* 3. †) § 8. *in A* 3—5 *et Cuiac. ita legitur:* De successionibus vero alteri (a latere *Cuiac.*) venientibus frater vel sororis (soror *Cuiac.*) filii (sibi *A* 4; *om. Cuiac.*) fratris vel sororis heredes (heres *A* 4, *Cuiac.*; haeres *A* 5) erint (erit *Cuiac.*) secundum gradum (se gradum *A* 5; qui *add. Cuiac.*) constitutus est, et non alterius fratris vel sororis filii; in capita inter eos (inter fratris filios *Cuiac.*) hereditas dividatur (dividetur *Cuiac.*), ita ut quanti fuerint fratrum filii singulas et aequalis portionis (aequales portiones *Cuiac.*) tollant.

1 aviaeve *A* 3—5, *Cuiac.* ad agnatus *A* 2. 3; adsignatus *vel* adsignatur *A* 4. 5, *Cuiac.* || 2 discendentibus *A* 2; venientibus *A* 3—5, *Cuiac.* || 3 nepotes *A* 2. ab avi *A* 4. 5; avi, *om.* ab, *A* 3; ab avo *Cuiac.* portionis] de *add. A* 3. 5. || 4 aut] et *A* 4, *Cuiac.* demittitur *A* 2; dimittatur *A* 3. 4, *Cuiac.*; demittatur *A* 5. de *om. A* 5. inofficiosa *A* 5. eadem *A* 3—5. filiis *om. A* 4. 5, *Cuiac.* heredis institutus *A* 2—4; haeredis institutum *A* 5. || 5 accione *A* 2. tenetur] ponitur *A* 5, *Cuiac. b.* || 6 successiones, *om.* vero, *A* 2. patruorum] patrum *A* 3—5, *Cuiac.* filio *om. A* 3—5, *Cuiac.* succedat *A* 4. || 7 evidentur *A* 5. expremitur *A* 2. 4. de *om. A* 4; in *Cuiac.* fili *A* 2. tercia *A* 2. 4. 5. bessem *Cuiac.* || 8 et in] etiam *A* 3—5, *Cuiac.* portionem *om. A* 4. 5, *Cuiac.*; porcione *A* 2. et nepos *om. A* 4. 5. || 9 agnaciones iure *A* 2; agnationis iure *om. A* 3—5, *Cuiac.* debit *A* 2. succedere] accipere *A* 3—5, *Cuiac.* secundum] set haec *A* 5. || 10 supra scripta *A* 3—5. praeft. sub̄ *A* 2; urbis (urb̄ *A* 4), *om.* praefectum, *A* 3—5. data *A* 2. 5. || 11 filius *A* 2—5. nepotis *A* 2. matrem] patrem *A* 5. || 12 paternus *om. Cuiac.* aviequa *A* 2; aviaeque *A* 4. paterna *ex emend.; om. Cuiac.*, paterne *A* 2; materna *A* 3—5. succedat *A* 4. 5, *Cuiac.* || 13 Quae] Quam *A* 3—5. pronepos] pronepus *A* 2. 4. 5, pronepotes *Cuiac.* proneptisque] proneptis suae *A* 3—5; proneptesve *Cuiac.* eius *om. A* 3—5, *Cuiac.* || 14 extantebus *A* 2. et *om. A* 2. || 15 fratrui *A* 2.

culis scilicet sive materteris . . . accrescat); *cfr. infra tit.* 22, 9. 1) *Cfr. infra tit.* 31, 2; 45, 5, 7; *Zeumer in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte, germ. Abth.' IX, p.* 26. 2) *Cfr. Cod. Theod. V,* 1, *c.* 4, § 1. 2: Quod si . . defunctus . . habebit (*interpr.:* relinquat) ex filia nepotes et . . filios non habebit, sed . . habebit agnatos (*interpr.:* patrem et sororem) in quandam (*corr.* quartam) Falcidiam et in dodrantem nepotes iure succedant (*interpr.:* tres partes hereditatis avi . . nepotes . . vindicabunt, quartam frater vel soror avi defuncti . . . consequentur). Haec eadem . . . de aviae maternae sive . . paternae . . sancimus. 3) *Cfr. Cod. Theod. V,* 1, *c. cit.*, § 3, *interpr.:* Si vero avus vel avia nepotes . . . in testamento suo praeterierint, . . actio illis de inofficioso contra testamentum avi vel aviae, quae matri eorum competere potuit, legis beneficio tribuetur (*const.:* . . . actiones nepotibus deferimus . . quae de parentum inofficiosis testamentis competunt filiis). 4) *Laudatur Cod. Theod. V,* 1, *c.* 1 *(a.* 321.*)*; *cfr. interpr.:* Si mater . . . filium intestatum fortasse perdiderit, . . . mater in tertia portione in . . . hereditate succedat, et duas partes patruus, vel si plures patrui fuerint, aut filii vel nepotes (*const.:* agnatione . . durante . . existentibus personis agnatis . . .) sibimet vindicabunt; . . consequatur . .; quia evidenter haec lex constituit . . . 5) *In §§* 6—9. *ius vulgare Romanum exponitur. Ad componendas has sententias compilatores Gai Institutionum libris usi esse videntur.*

ac soror consanguinei vel germani aequo iure succedant[1]. Si ei, qui defunctus erat, sit frater aut soror et alterius fratris vel sororis filii[2], frater vel soror heres erit, qui secundo gradu constitutus est, non alterius fratris vel sororis filii, quia tertio gradu constituti sunt[3]. Quod [si] fratres non sint, et sint fratrum filii, in capita inter eos hereditas dividatur, ita ut quanti fuerint fratrum filii, singulas et aequales portiones tollant[4].

[9.] Sciendum tamen est, agnatos etiam longiori gradu positos cognatis proximioribus anteferri. Agnati enim sunt per virilem sexum venientes, cognati, qui per feminas veniunt: quia si in propinquitate intervenerit femina, soluta agnatione fit cognatio[5]. Quod[6] si agnati defuerint, cognatus gradu proximus ad successionem ceteris cognatis anteponetur[7].

## Titulus XI. De[8] commotione litium.

[1.] Is[9], qui petitor est, litem et genus actionis sue edere debet; quod nisi intra triduum fecerit, causam perdit. Edere autem hoc est: ut manu sua, quid repetat* quidve obiciat, scriptum ei, quem pulsat, ante iudicem det.

*) his (in *A* 5; *om.* *A* 4) personis, quae infamis sunt, sed et liberis eorum denegant bonorum possessione, nec filius (filiis *A* 4. 5) eorum aliquid adquiritur (adquiratur *A* 4.) *add. A* 3—5. *Haec verba Bluhme cum titulo X. coniungit; pro parte repetuntur haec verba in iisdem codd. A* 3—5. *in fine tituli XI.*

1 hac *A* 2. cunsanguenii *A* 2. germanie quod iure *A* 2. || 2 sit] non *add. ex coniect. Amad.* et] sed *coniecit Amad.*; ei *A* 2. fratres vel sororis fili *A* 2. || 3 fratres vel sorores fili *A* 2. grado *A* 2. 4 quod si *ex emendat.*; quod *A* 2. fili *A* 2. in capita — fratrum filii *om. A* 2. || 7 agnatus *A* 2. 3; agentur *A* 4; agent' *A* 5. longiore *A* 4. 5. positus *A* 2—5. quonatis *A* 5; cognatus *A* 4. || 8 anteferre *A* 2. Haenati *A* 5. enim *om. A* 2. virile *A* 2. sexu *A* 4. 5. venientis *A* 2—4. qui] quippe *A* 3. 4. || 9 qui se *A* 2. pervenerit *A* 3—5, venerit *Cuiac.* femina *om. A* 2. hacnatione *A* 5. || 10 hacnati *A* 5. grado proximo *A* 2. ad successione *A* 2. || 11 antepouitur *Cuiac. a.*; anteponit *A* 3—5; interponiter *Cuiac. b.* || 12 *Extat hic titulus in A* 2—5. *C* 3. *In margine A* 5 *leguntur:* Hic require, qui mandatum accepit, omne causam pro mandatore respondeat. commotionem *C* 3; commutione *A* 2; commutatione *A* 3—5. || 13 His *A* 3. 4. petitur *A* 2. 5. edere] adere *A* 3; addere *A* 4. debit *A* 2; vehit *C* 3. || 14 perdet *A* 5; perditus *A* 4. Edere — quidve *om. A* 4. 5. petat *Cuiac.* || 15 quidve *om. A* 3. indicium *Cuiac.* det *om. A* 2.

1) *Cfr. L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 8, 5*:* ... soror consanguinea .. germano suo defuncto ab intestato .. succedat. 2) *Cfr. Gai Instit. III,* 15*:* Si ei, qui defunctus erit, sit frater et alterius fratris filius ... 3) *Cfr. L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 8, 6*:* ... Frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non succedunt. 4) *Cfr. Gai Instit. III,* 16*:* Quod si defuncti nullus frater extet [et] sint liberi fratrum ... in capita dividendam esse hereditatem, ... quotquot erunt ... personae, in tot portiones hereditas dividetur, ita ut singuli singulas portiones ferant. 5) *Cfr. L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 8, 3*:* Agnati enim sunt per virilem sexum ... coniuncti; *cfr. interpr. Pauli Sent. rec. IV,* 8, 14 *(= L. Rom. Visig l. c.* § 1*):* Agnati sunt, qui per virilem sexum descendunt, cognati autem, qui per femineum. 6) *Cfr. L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 8, 7*:* ... Ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando .. agnati .. defuerint; *cfr. interpr. Pauli Sent. rec. IV,* 8, 22 *(= L. Rom. Visig. l. c.* § 3*); cfr. L. Rom. Visig. l. c.* §§ 4. 6*: infra tit.* 36, 1. 7) *Quo ex fonte statutum, quod Bluhme ex A* 3—5. *desumptum, in tituli huius* § 10. *praebet quodque ad ius Romanum pertinere videtur, haustum sit, nescimus; cfr. Cod. Theod. IX,* 14, *c.* 3 = *Cod. Iust. IX,* 8, *c.* 5. *Quod statutum ad Legem nostram non pertinere, non solum ratione, qua traditus est, sed etiam verbo 'bonorum possessio', quod exhibet, et eo, quod inter 'liberos' et 'filios' distinguit, probari mihi videtur. Minime autem ad hunc titulum pertinet, sed titulo* 11. *potius adtribuendum esset, quo 'infames' commemorantur.* 8) *Cfr. Lib. const. tit.* 15*:* De commotione litium. 9) *Cfr. Cod. Hermog. tit.* 5*:* De calumniatoribus et plus petendo, *c.* 2 *(a.* 295.*):* ... Ordinatis actionibus ... petitor cogitur specialiter genus litis edere. .. Si quis ... plus ... petierit, ... causam ... perdit; *cfr. etiam Vet. iurec. consult. VI,* 2*:* ... Genus actionis edere debet, in quo manu sua subscribat, quo dato genere actionis a coeptis

[2.] Sciendum[1] est, in omnibus negotiis aut per se causas suas unumquemque dicere debere, aut certe mandatum gestis allegatum in personam quam voluerit legitimum esse faciendum, quia nec femine nec infamia notato nec minori actio ulla mandatur.

[3.] Quod[2] si mandare voluerit, is, qui actionem suscepit, fideiussorem idoneum det, qui quod fuerit iudicatum se promittat implere. Aliter quicumque alienae cause se miscuerit, pro calumniatore damnetur, hoc est: ut infamis de iudicio expellatur in exilio deportandus.

[4.] Criminalis[3] vero actionis nullatenus posse mandari, nisi ab episcopis aut presbyteris, ad quos tamen mandati exitus revertetur.

[5.] Messivis vero feriis et vindimialibus, paschalibus etiam XV diebus et natalis Domini septem, dominicis etiam diebus ceterisque Epiphaniae et quinquagissime nulla prorsus sunt litigia commovenda[4]. Quod si factum fuerit, erit severissime a iudicibus vindicandum[5].

[6.] Fiscalia[6] vero negotia dici etiam feriaticis diebus licebit.

## Titulus XII[7]. De inquirendis animalibus et rebus.

[1.] Si quis ingenuus querentem animalia aut res suas, domum ad inquirendum

1 Sciendum] Discernendum *A* 2. aut *om.* *A* 3—5. *C* 3, *Cuiac.* se *om.* *C* 3. ‖ 2 debet *A* 3; debere *om.* *A* 4. 5. ad allegatum *A* 5; adlegatum *A* 4. persona *A* 2. quem *A* 2. legitimam facere, *om.* esse, *Cuiac. a.* ‖ 3 quia] que *A* 3. infamio *A* 2. minore *C* 3. ulla] nec *add.* *A* 5. ‖ 5 actione *A* 3—5; accio *A* 2. suscipit *A* 5. ‖ 6 dat *A* 5. *C* 3. qui quod] quidquod *A* 2; quod, *om.* qui, *A* 5. se *om.* *Cuiac.* ‖ 7 damnetur *om.* *A* 2; damnatur *Cuiac.* infamis] fames *A* 2. iudicium *C* 3. expellitur *Cuiac.* ‖ 8 exilium *C* 3, *Cuiac.* deputandus *A* 3—5, *Cuiac. b.* ‖ 9 criminales *Cuiac.* actiones *C* 3, *Cuiac.* mandare *A* 2. *C* 3. ab] ad *A* 5. episcopum *A* 2. aut] et *A* 3—5. *C* 3, *Cuiac.* ‖ 10 ad quos] atque *A* 3. 4; ad que *A* 5. mandati] dati *A* 2. ‖ 11 Missivis *A* 4. 5. vero *om.* *Cuiac.* firias *A* 2. et *om.* *A* 3—5. vindemiabus *A* 4; vindimialis *A* 5; vendimialibus *C* 3. pascalibus *A* 2. *C* 3. etiam] et ita *A* 3—5; et etiam *C* 3. natalibus *A* 3—5. ‖ 12 Domini *om.* *A* 4. 5. septe *A* 2; VII *C* 3, *Cuiac. a*; octo *A* 4. 5; VIII *A* 3, *Cuiac. b.* citeris, *om.* que, *A* 2; ceterisquis *A* 5; sed (*om.* *A* 5) et liberis eorum denegant his (is *A* 5) eorum aliquid (aliquit *A* 5) adquiritur *add.* *A* 3—5. Epiphaniae] et infamie *A* 5; Epyfanie *A* 2. et *om.* *C* 3. quinquagissime] *sic* *A* 2; quinquagesimum *A* 3. 4; quinquagissimum *A* 5; quinquagesimi *C* 3. ‖ 13 sunt *om.* *A* 2. litigiae *A* 3—5. contingenda *A* 3. 4. *C* 3, *Cuiac.*; contengenda *A* 5. erit *om.* *A* 2. sevissime *A* 3—5. a iudicibus *om.* *A* 3—5. *C* 3, *Cuiac.* ‖ 14 evindicandum *A* 3. ‖ 15 negucia *A* 2; nuncia *A* 4. 5. dici] dominicis *A* 3—5. *C* 3, *Cuiac. b.* etiam] et *Cuiac. b.* feriatis *A* 4. 5. *C* 3, *Cuiac.* licet *A* 4. 5. *C* 3, *Cuiac.* ‖ 16 *Extat hic titulus in A 2—5. In margine A 5 leguntur:* Hic require, si quis ingenuus aut servus animal aut alias res suas in domo alieno querere intraverit et damnum fuerit, furti haccio teneatur. ‖ 17 ingenuos *A* 3. querente *A* 2. animalia] aut animal *A* 3—5. domi *A* 3. 5; domini *A* 4. ad *om.* *A* 2. quirendum *A* 5; querendum *A* 3. 4, *Cuiac.*

triduanis induciis quarto die respondeat adversarius suus; ... responsionibus salvis pulsato ... ostendat, ad se universa quae repetit pertinere; *Valent. III. Nov. tit.* 34, 14 *cum interpretatione.* 1) *Cfr. Cod. Theod. II,* 12: De cognitionibus et procuratoribus, *c.* 1 *(a.* 363.*), interpr.*: .. Procuratores .. facere ... iure permittitur; solum est, ut mandatum .. actis habeatur insertum; *Gai Instit. IV,* 82; *interpr. Pauli Sent. rec. I,* 2, 1—3; *Cod. Theod. II,* 12, *c.* 5. 2) *Cfr. Gai Instit. IV,* 90. 101; *Lib. const. tit.* 82. 3) *Cfr. Valent. III. Nov. tit.* 34: De episcopali iudicio et de diversis negotiis *(a.* 452.*),* § 1: ... Iudicati exitu ad mandatores ... reversuro; .. procurationem ... in criminalibus negotiis non posse concedi; sed ... episcopis et presbyteris ... 4) *Cfr. Cod. Theod. II,* 8: De feriis, *c.* 19 *(a.* 389.*), interpr.*: ... Messivae feriae concedantur, .. vindemiales feriae; .. dies etiam dominicarum qui feriati sunt ab audiendis negotiis ... sequestramus; sanctos ... Paschae dies id est septem qui antecedunt et septem qui sequuntur; nec non et dies natalis domini nostri vel Epiphaniae; *cfr. Cod. Theod. XV,* 5, 5; *Ed. Theoder.* 154; *L. Visig. II,* 1, 11. 5) *Cfr. Cod. Theod. II,* 8, *c.* 18: ... Sacrilegus iudicetur. 6) *Cfr. Cod. Iust. III,* 12: De feriis, *c.* 4 *(a.* 369.*)*: ... Fiscales causas ... etiam feriatis geminis mensibus .. discingat. 7) *Cfr. Lib. const. tit.* 16: De inquirendis animalibus.

intrantem prohibuerit, pro fure teneatur, ita ut rem, quae requiritur, quadruplum solvat, ea tamen ratione, ut cum tribus ingenuis testibus[1], ubi suspicionem inveniendi furti habet, ingrediatur[2].

[2.] Quod[3] si aut colonus aut servus taliter querentem prohibuerit, fustuario supplicio a iudicibus eius praesumptio vindicetur, et ab his res perdite simplo solvantur, secundum speciem Gai, qui hoc de prohibitis statuit[4].

Titulus XIII. De[5] damnis animalium, vel si quid per ea casu evenerit.

[1.] Si animal cuiuscumque damnum intulerit, aut estimationem damni dominus solvat, aut animal cedat: quod etiam de cane et bipede placuit observari, secundum speciem Pauli sententiarum libro primo sub titulo: Si quadrupes pauperiem fecerit[6].

[2.] De cane etiam sub eodem titulo conprehensum, ut, si quis saevum canem habens in plateis vel in viis publicis in legamen diurnis oris non redegerit, quidquid damni fecerit, a domino solvatur[7].

[3.] His illud adiectum[8], ut si quis cavallum quod vel alium animal habens scabidum, ita ambulare permiserit, ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quidquid damni per eum datum fuerat, similiter a domino sarciatur.

[4.] Incendii etiam vel naufragii casibus ac ruinae, si per eum casum res quae commodantur perierint, is, cui commodata res est, ad solutionem rei teneri non potest, nisi forte suam rem liberasse probatur, cum de eodem casu rem commodatam eripere potuisset, secundum sententiam Pauli libro secundo sub titulo: De commodato et deposito, pignore et fiducia[9].

1 intrante A 2; intrare *Cuiac. a.* pribuerit A 3; praebuerit A 4. 5. ut] aut A 4; aut *add.* A 3. rem *om.* A 5; re A 4; rei *Cuiac.* quae] requirere A 5. requeritur A 3. 4; requiretur A 2; queritur A 5. quadroplum solvit A 2. ‖ 2 ea] et A 2—4; hac *Cuiac.* cum *om.* A 4. 5, *Cuiac.* ‖ 3 habit A 2; habuerit A 3—5, *Cuiac.* 4 si *om.* A 4. 5. querentem] quae (qui A 5) requirentem A 3—5; requirentem *Cuiac.* prebuerit A 4. fustiaroi A 2. ‖ 5 ab eo *Cuiac.* rei *Cuiac.* perdita A 5. simbro A 2; simplum *Cuiac.* exolvatur *Cuiac.* 6 set especie A 5. Gagi A 2. que A 2. prohibitis] perditer A 2; prohibiti furti actione *Cuiac. a.* 7 *Extat hic titulus in* A 2—5. quis A 5. ‖ 8 stimacione A 2. 5; extimatione A 3; exteminatione A 4. 9 bipido A 3. ‖ 10 specie A 5; spetiae A 3. libri primi A 3—5. quadropis A 2; quadrupedis A 3—5. pauperem A 2; pauperit A 5; pauperi A 4; pauperi *corr.* panperiem A 3. fecerit] dammum *add.* A 3—5. 11 comprehensum est *Cuiac.* quisquam *Cuiac. a*; quis *om. Cuiac. b.* saevum] *sic* A 3; *om. Cuiac. a*; servum A 2; cacnum A 4. *Cuiac. b*; sacivim A 5. cane A 2. ‖ 12 habens *om.* A 2. ligamine A 3—5. eum d. o. in ligamina *Cuiac.* redigerit A 3—5; relegeenerit A 2. quicquid A 3. 4. ‖ 13 dammum A 2. 5. a] ad A 5; id a A 3, *Cuiac.*; id ad A 4. dissolvatur A 3—5, *Cuiac.* ‖ 14 caballum A 3—5. quod et A 3. 4; quod ve *Cuiac.* aliut A 5. ‖ 15 scabedum A 2; escabidum A 5; scabiosum *Cuiac. a.* ambularet A 5; *om. Cuiac.* permisserit A 5; dimiserit *Cuiac.* propriis A 3—5. inquirat A 3. ‖ 16 quicquid A 3—5. dammum A 2. a dom.] ab eo A 4. 5, *Cuiac.* fuerit A 3—5. sarcietur A 2. 3. 5; resarciatur *Cuiac.* ‖ 17 casibus] casus A 3—5, *Cuiac. b*; casu *Cuiac. a.* ruina A 3. 4, *Cuiac. a*; rogene A 2. per eum *om. Cuiac a*; per, *om.* eum, *Cuiac. b.* casum] casu A 3. 4; casurus, *om.* res, A 5. quae *om.* A 3—5, *Cuiac.* commodata A 3, *Cuiac.*; commodatur A 4. 5. ‖ 18 perierit A 3—5, *Cuiac.* is] si A 2. commoda A 4. 5. ad solutionem *ex emend.*; ad solutione A 3; ante solutione A 4. 5; absolucione A 2. rei teneri *ex emend.*; re teneri A 2; tenere (tineri A 5), *om.* rei, A 3—5. ‖ 19 probetur A 4. re A 4. 5 commodata A 3; commovetur A 4. 5. ‖ 20 eos potuisse A 4. 5. secundum *om.* A 5. sententia A 3. 4. sub *om. Cuiac.* tit X dato depositu A 5. et *om.* A 4, *Cuiac.*; et de A 3. ‖ 21 pignere A 3—5. et *om.* A 3.

1) *Cfr. Lib. const. tit.* 60, 1; *Gai Instit. III,* 186; *Sohm, Process p.* 66. 2) *Haec paragraphus et ad Lib. const. tit.* 16. *et ad Gai Instit. III,* 188. 192 *referenda est.* 3) *Cfr. Lib. const. tit.* 4, 1; 16, 2. 4) *Verba* secundum ... statuit *post* ingrediatur *poni debuissent, ut iam Barkow admonuit.* 5) *Cfr. Lib. const. tit.* 18: De his, quae casu contigerint; *tit.* 23: De damnis, quae ab animalibus inferuntur. 6) *Cfr. Pauli Sent. rec. I,* 15, 1, *interpr.:* Si alienum animal cuicunque damnum intulerit, .. dominus eius aut aestimationem damni reddat aut ipsum animal tradat *(Sent.:* aut quadrupede cedat; *al. codd.:* aut quadrupedem dedat*).* Quod etiam de cane similiter est statutum. 7) *Cfr. Pauli Sent. rec. I,* 15, 2; *D. XXI,* 1, *l.* 40—42; *I. IV,* 9, 1. 8) *Haec non servata sunt in Sententiarum libris.* 9) *Laudatur Pauli Sent. rec. II,* 4, 2: Si facto incendio, ruina,

### Titulus XIV. De[1] ablatis pigneribus et fideiussoribus.

[1.] Debitor solutionem differens potest ad satisfactionem pignerum usurpatione conpelli; quod tamen sine sententia iudicis fieri non licebit, secundum Ermogeniani constitutionem sub titulo: De pigneribus, Diocleciani et Maximiani ad Viventium, Erennium et Antigonum, vel aliam ad Septimum datam[2].

[2.] Oblato debito vel deposito pignus a creditore sine dilatione reddendum, sub eodem titulo[3].

[3.] Obligatis cautione mancipiis, debitor promisit se usuram prestaturum, et mancipia creditor intra statutum tempus de domo debitoris abduxit, operas eorum in usuras specialiter inputandas, sub eodem Ermogeniani titulo, lege ad Nonnusam data[4].

[4.] Filiis[5] familias, servis vel colonis nihil iuris in contractibus esse permissum, hoc est: nec filium familias in damnum parentum et in eadem regione[6] positis posse pacisci, et si quid pacto adquisierit, patris iure indubitanter adquiri, nec citra mandatum patris matrisve aliquid posse promittere.

[5.] Quod si[7] pater apud hostes est, et filius firmam etatem[8] habuerit, contractus eius legitimus iudicetur.

1 *Extat hic titulus in A* 2—5. fedeiussoribus *A* 2; fidiussoribus *A* 5. || 2 Debetur *A* 2; Debitur *A* 5. solucionum deferens *A* 2. usurpationem *A* 5. || 3 sentenciam *A* 2. iudices *A* 3—5. fieri] feri *A* 4; fuerit *A* 5; facere *Cuiac.* Ermogeniano *A* 3. 5; Hermogeniano *A* 4. || 4 constitutione *A* 3—5. Diuclesiani *A* 2; Diocliciani *A* 4. 5. Viennium *A* 2. || 5 Herennium *A* 4, *Cuiac.*; Errennium *A* 5. et *om. A* 3—5. Antegonum *A* 2; Antiguum *A* 3. 4; Anticunum *A* 5. alia *A* 2. 4. dato *A* 2. || 6 Oblato *om. A* 2. debeto deposito pignora credetore *A* 2. reddendum est *Cuiac.*; credendum *A* 5. || 8 Oblaegatis *A* 2. caucionem *A* 2; cautionis *A* 3—5. debetor *A* 2; debitur *A* 5 se *om. A* 2. et] ea *A* 4, *Cuiac.*; eam *A* 5. || 9 creditur *A* 4; credetur *A* 2. statum *A* 3. abduxit *om. A* 5; adduxit *A* 3. 4. || 10 usuris *A* 5. especialiter *A* 5. impotandas *A* 2 Hermogeniano *A* 4; Ermogeniano *A* 3. titulo lege] lib legitimo *A* 2; comprehensum est *add., rel. om., Cuiac.* ad N. *om. A* 4. 5; ad Nonosam *A* 3. datam *A* 2. 3; *om. A* 4. 5. || 11 servus *A* 4. iure *A* 3—5; iures *A* 2. esse *om. A* 3—5; est *Cuiac.* || 12 est *om. A* 4. 5. nec *om. Cuiac.*; ne *A* 3—5. parentum] parentis *ex coniect. Bluhme.* et *om. edd. omn.* eandem *A* 5. possitis *A* 5; positorum *Cuiac.*; positi *ex coniect. Bluhme.* nihil possunt *Cuiac.* || 13 pocisti *A* 4. qui *A* 3. 4. pactum *A* 3. 5; factum *A* 4. adquisiverit *A* 3. 5; adquesiverit *A* 4; adquisiverint *Cuiac.* patri *A* 3. 5; id patri *Cuiac. b*; id patris *Cuiac. a.* iure] *sic A* 2—5; *lege*: iuri. adquirunt *Cuiac.* cetra *A* 2; cetera *A* 3—5. mandatis *A* 3—5. || 14 matrisve *om. A* 4. 5, *Cuiac.*; matris suae *A* 3. vel aliquid *A* 3—5. quidquam possunt *Cuiac.* permittere *A* 3. || 15 Quod si *om. A* 2. hostis *A* 2. et filius *om. A* 4. 5, *Cuiac.* firmam etatem habuerit] *sic A* 2; e (*om. A* 4. 5) firmitate fuerit *A* 3—5; vel infirmitate laboret tunc *Cuiac.* || 16 eius] eo *A* 3—5; filii *Cuiac.* legitimo *A* 4. iudicitur *A* 2; iudicatur *Cuiac.*

naufragio aut quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est, nisi forte, cum posset rem commodatam salvam facere, suam praetulit. *Cfr. L. Visig. V,* 5, 5. *Schmidt, Schadensersatz p.* 26. 1) *Cfr. Lib. const. tit.* 19*:* De ablatis pigneribus et fideiussoribus; *ad* §§ 4—6. *cfr. Lib. const. tit.* 21*:* De servorum contractibus. 2) *Constitutiones citatae inter Hermogeniani Codicis fragmenta quae habemus nobis non servatae sunt; cfr. Haenel in editione Codicis Hermog. (*1837*), col.* 76. 3) *Ex constitutione eorundem imperatorum ad Alexandrum data (a.* 294.*), quae constitutio est Cod. Iust. VIII,* 13: De pignoribus, *c.* 20*; inter fragmenta Codicis Hermog. non extat; cfr. Haenel l. c. col.* 76. 4) *Cfr. Cod. Iust. VIII,* 24, *c.* 2*:* Nonnoso et Antonio *data a.* 293.*; quae constitutio nobis non servata est inter fragmenta Codicis Hermog.; cfr. Haenel l. c. col.* 77. 5) *Quo ex fonte haec lex sumpta sit, minime constat. Cfr. Cod. Iust. IV,* 1, *c.* 7 *(a.* 293.*):* Nec filius nec quisquam alius ... paciscendo ... praeiudicium ... facere potest, unde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, .. nihil tibi oberit; *L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 1, 7*:* Acquiritur ... per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filii vel servi; quia quicquid his .. donatum .. fuerit, ... id patribus et dominis sine aliqua dubitatione conquiritur; *infra tit.* 22. 38. 6) *Cfr. infra tit.* 41. 7) *Ex fonte incerto.* 8) *Cfr. in Cod. Theod. II,* 17, 1, 3. 4*:* 'firmata aetas', *et in interpr. huius const.:* 'aetate firmati'.

[6.] Nec servum vel colonum peculium suum posse distrahere, insuper et ementes furti actione tenendus, secundum constitutionem Hermogeniani sub titulo: De eorum contractibus, qui alieno iuri subiecti sunt[1], vel Theudosiani legem libro V. sub titulo[2]: Nec colonus inscio domino suo alienet peculium vel litem inferat ei civilem. ad Nebridium vicarium Asie[3].

[7.] Gregoriani constitutionibus libro XII. sub titulo: [De] sponsoribus et fideiussoribus[4], tenetur insertum: quod, si quis a debitore suo fideiussorem de solutione acceperit, in potestatem habeat creditor aut fideiussorem tenendi aut eum, qui debitor prius exteterat. Quod tamen ante iudicem creditor profiteri debebit, quem eorum ad solutionem mallit tenere.

[8.] Si quis fideiussor pro quocumque debitore aut per iudicium addictus aut per chirographum obligatus exteterit et constituta die ea, quae fidedixit, exsolverit et postmodum eum, pro quo solvit, tertio eum noticia iudicis admonuerit, ut summam soluti debiti recipiat, et ille semper distulerit, post trinam conventionem[5] dupli redibitione pro inficiante, hoc est negante, iure damnabitur, secundum legem Aquiliam, quae negantes debitum dupli satisfactione damnat[6].

## Titulus XV. De[7] fugitivorum furtis.

Servus etiam et in fuga positus, si furtum fecerit damnumve dederit et

1 Nec servus nec colonus p. s. distrahere potest *Cuiac.* et *om.* A 3—5, *Cuiac.* ementis *codd.*; emtor *Cuiac.* || 2 furti actione] furti racionem A 2; furati notione A 4. 5. tenendus] *sic* A 2—4; tinendus A 5; *lege:* tenendos; tenetur *Cuiac.* secundum] se A 5. constitutione A 3—5. Ermogeniani A 5. sub] eodem *add.* A 3—5. || 3 contractu A 5. iure A 2—4. subiecti] subtracti A 3—5. Theodosiano A 4. || 4 Nec] ne *edd. omnes.* peculium] s u u m p o s s e d i s t r a h i r e *add.*, *om.* alienet, A 2. inserat A 5. Nebredium A 4; Nibrium A 2. || 5 Asie] gatiae A 4; catie A 5. || 6 Et Gregorianum A 3—5; Et ut G. *Cuiac.* De *om. codd., suppleril iam Cuiac.* spondioribus A 2; sponsoris A 5. et *om.* A 2. 4. 5, *Cuiac.* fideiussoribus *om.* A 4. 5, *Cuiac.* || 7 a debitore] adhebere A 2. fedeiussori A 2. de solucionem A 2; dissolutionem, *om.* de, A 3. 4. 5. acciperit A 3. 4. || 8 creditorem A 4. 5; creditas A 2. fedeiussorem A 2. tinendi A 5. eum *om.* A 4. 5, *Cuiac. b.* quid A 3—5. debitur A 5; debetur A 2. || 9 p r i o r A 3—5, *Cuiac.* extiterat *vel* extiterit A 3—5, *Cuiac.* ante] ei A 2. creditor *om.* A 2. profitere A 2. debet A 3—5, *Cuiac.* quam scilicet *Cuiac. a.* ad *om.* A 4. 5. ad solutionem *om. Cuiac. a.* || 10 absolucionem A 5. tenere] e l e g e r e A 3—5, *Cuiac.* || 11 pro quacumque debitorem A 3—5. per iudicium] *sic* A 3; pro iudicium A 4. 5; nec vicio A 2. addictum A 3. 5; a u t p e r d i c t u m A 4, *Cuiac.* || 12 cyrograffio A 2; cyrographum A 3. 4; cirograpum A 5. oblegatus A 2; obligato A 3; deligato A 4; delegato A 5; delegatus *Cuiac.* extiterit A 3—5. constitus A 2. die *om.* A 4, *Cuiac.* eam A 2. et solverit A 5. || 13 et postmodum — admonuerit *om.* A 4. 5, *Cuiac.* || 14 recipuit A 4. 5. et si *Cuiac. a.* trina convencione A 2. redebitione A 2; redibicionem A 5. || 15 inficiente A 5. hoc — iure *om. Cuiac.* negociante ius dannabetur A 2. || 16 qui A 3—5. neguciantes A 2. dupla A 3; publi A 4. satisfaccionem A 2. damnat] *sic* A 2; condemnant A 3; condempnant A 4. 5; condemnat *Cuiac.* || 17 *Extat hic titulus in* A 2—5. *In margine* A 5 *leguntur:* H i c r e q u i r e, s i s e r v u s i n f u g a f u r t u m f e c e r i t. fugitivae A 5. 18 Si servus A 3. 4. *Cuiac.* etiam in, *om.* et, A 3—5, *Cuiac.* et reversus — fuerit *om.* A 2.

1) *Constitutio citata inter Codicis Hermog. fragmenta non servata est; cfr. Haenel l. c. col.* 77; *Cod. Iust. IV,* 26, *c.* 10 *(a.* 294.*):* Quod si *(sc. servi)* non habentes liberam peculii administrationem rem dominicam ... distraxerunt, neque dominium ... transferre possunt; .. ideoque res mobiles ementes etiam furti actione tenentur. 2) *Cfr. Cod. Theod. V,* 11*:* Ne colonus inscio domino suum *(al. codd.* suo*)* alienet peculium vel litem inferat ei civilem, *c.* 2; *quae constitutio, non recepta a compilatoribus Legis Rom. Visig., extat in Cod. Iust. XI,* 50, 2. 3) *Cfr. Cod. Iust. l. c.:* Nebridio proconsuli Asiae; *Cod. Theod. XI,* 30, 56*:* Nebridio comiti Asiae. 4) *Non extat inter Codicis Gregor. fragmenta; cfr. Haenel in editione col.* 37; *Cod. Iust. VIII,* 40, *c.* 19 *(a.* 293.*); L. Rom. Visig., Gai Instit. II,* 9, 2; *Const. extrav.* 21, 8. 5) *Cfr. Valent. III. Nov. tit.* 34 *(a.* 452.*),* 15, *interpr.* 6) *Cfr. Lib. const. tit.* 19, 5. 8; *Cod. Iust. III,* 35*:* De Lege Aquilia, *c.* 4 *(a.* 293.*):* Contra negantem ex lege Aquilia ... dupli procedit condemnatio. *Cfr. infra tit.* 29; *Gai Instit. IV,* 9; *Pauli Sent. rec. I,* 19, 1 *et interpr. Haenel in praefatione edit. L. Rom. Visig. p. XCIV: Bluhme in 'Jahrbuch' III, p.* 207 *sqq.* 7) *Cfr. Lib.*

reversus ad dominum fuerit, nisi pro sui qualitate dominus solvere paratus sit, aut servum pro culpa dare praesentem, aut absentem cedere cogendus est, secundum regulam Pauli sententiarum[1].

### Titulus XVI. De[2] mulieribus ad secundas aut tertias nuptias transeuntibus.

[1.] Mulieres[3] ad secundas aut tertias nuptias ante anni spatium transire non licet; quod si fecerint, infames habentur, ita ut de facultate mariti prioris, etiam si ei dimissa fuerit, nihil habeat; pari et de donatione nuptiali conditione servata.

[2.] Ad secundas vero nuptias post designatum anni spatium transeuntes donationem mariti prioris usufructuarie possedere, et a marito dimissa ei posse proficere, secundum eius tituli legem imperatoris Honorii et Theudosii, ad Iohannem praefectum praetorio datam[4].

### Titulus XVII. De[5] clausis itineribus vel aliis servitutibus.

[1.] Viam publicam vel inter agros communiter dimissam nec possideri nec inter-

1 a domino *A* 3—5. qualitatem *A* 2. sit *om. A* 2. aut servum *om. A* 3—5, *Cuiac.* || 2 culpa] eum eum aut *add. A* 3; cum aut *add. A* 4. 5; eum aut *add. Cuiac.* praesente ut absente *A* 2. || 4 *Extat hic titulus in A* 2—5. aut] et ad *A* 5. || 5 transeuntibus *om. A* 3. *Verba rubricae* nuptias transeuntibus *ad textum sumit A* 5. || 6 mulieribus *A* 3—5, *Cuiac.* aut ter. nupt.] nuptias aut tertias *A* 3. aut tertias *om. A* 4. 5, *Cuiac.* ante] intra *A* 3—5, *Cuiac.* annum espatium *A* 5. || 7 fecerit *A* 5. infamis habeantur *A* 3—5. de *ex emend.; om. A* 3—5, *Cuiac.*; ad *A* 2. facultate] hereditatem *A* 3, *Cuiac.*; hereditate *A* 4. 5. meriti *A* 2. prioris *solus A* 2. et etiamsi *A* 5. || 8 ei *solus A* 2. demissa *A* 2. 4. 5. fuerit *om. A* 4. 5; sit *Cuiac.* nihil] non *A* 3—5, *Cuiac.* habeant *A* 3. pari] patri *A* 3—5. et] etiam *A* 3—5. de *om. A* 4. 5. in *Cuiac.* donationem *A* 4. 5. nuptiale *A* 3—5. || 9 vero *om. A* 2. designandi *A* 3. 4; designandas *A* 5. anni *om. A* 4. 5, *Cuiac.* espatia *A* 5. donacione *A* 2. 4. || 10 usumfructuarie *A* 5; usufructuariae *A* 2. 3; ususfructus iure *Cuiac.* possidentis *A* 3—5. dimissae *A* 2. ei *om. A* 2; eis *edd.* || 11 secundum] set *A* 5. eius *om. A* 4, *Cuiac.*; ius *A* 2; eiusdem *ex emend. Bluhme.* tituli legem *ex emend.*; legem tituli *A* 3. 5; legum, *om.* tituli, *A* 2; titt̄, *om.* legem, *A* 4; constitutionem *Cuiac.* imperatoris *om. A* 2. Honorati Theudosi *A* 2; Honorii et Theud̄ *A* 3; Honoriis et Thud *A* 5; Honori et Theodosio *A* 4. Ioannem *A* 5. pref praet *A* 2; pū p̄turii (preturii *A* 5) *A* 3—5. || 12 data *A* 2; datas *A* 3. 5; datis *A* 4. || 13 *Extat hic titulus in A* 2—5 *et in codd. B.* *In margine A* 5 *leguntur:* Hic require de superventoribus; *quae nota, errore scriptoris huic titulo adscripta, pertinet ad titulum sequentem. Rubrica deest B* 6. et *A* 2. servitutibus *om. B* 1—5. observandum *add. B* 1—5, *Til.* || 14 agrus *A* 5. dimissam *om. B* 5; divisam *B* 2—4. 6; divisa *B* 1. nec possideri *om. A* 5. possediri *A* 2; possidere *B* 3. 6, *Til.*; possedere *B* 2. 4. intercludi *A* 3. 4, *Cuiac.*; intercludere *B* 5, *Til.*; intercIaudiane, *om.* nec, *A* 5.

*const. tit.* 20*:* De fugitivorum furtis; *Ed. Theoder.* 117. 118. 1) *Laudatur Pauli Sent. rec. II,* 31, 7*:* Servus qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate *(Ed. Theoder. l. c.* qualitate; *cfr. interpr.)* dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest; *verba:* in fuga positus *ex Lib. const. tit.* 20, 1 *desumpta sunt; nam de servo, qui in fuga est, cfr. Pauli Sent. rec. II,* 31, 37. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 24*:* De mulieribus Burgundiis ad secundas aut tertias nuptias transeuntibus; *Lib. const. tit.* 42. 62*; infra tit.* 21. 22. 26. *Cfr. Esmein, Le mariage I, p.* 401. 3) *Cfr. Cod. Theod. III,* 8*:* De secundis nuptiis, c. 1 *(a.* 381.*):* Si qua ex feminis (*interpr.:* Mulier quae) intra anni spatium alteri festinaverit iam nubere, probrosis inusta notis (*interpr.:* sciat se infamiae subiacere) ... atque omnia, quae de prioris mariti bonis vel iure sponsaliorum vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat, amittat (*interpr.:* ut quaecumque sponsalitia largitate percepit, vel si per testamentum ipsi aliquid prior maritus donavit, amittat). 4) *Laudatur Cod. Theod. III,* 8, *c.* 3 *(a.* 412.*):* .. Eorum, quae nuptiarum tempore mulieres accipiunt, etiamsi ad secundas nuptias ... emenso tempore forte migraverint, in diem vitae usumfructum circa eas debere durare (*interpr.:* .. in diem vitae suae donatarum rerum teneant usumfructum) ...; *cfr. Cod. Theod. III,* 8, *c.* 2 *et interpr. h. c.* 5) *Cfr. Lib. const. tit.* 27*:* De inruptis sepibus et clausis itineribus ...; *Pauli Sent. rec. I,* 17, *rubr.:* De servitutibus. *Canciani primus contra Schulting rerum defendit opinionem: integrum hunc titulum ex Lege Romana in additamenta (additamentum primum) Legis*

claudi nec exarari posse: quod si factum fuerit, auctorem facti ad eius munitionem solum conpelli[1]. Et ad munitionem viarum pro modo patrimonii nullum penitus excusari: hoc etiam et de pontium reparatione servandum[2].

[2.] Aquae cursum et adquiri biennio et amitti biennio constat[3].

[3.] Viam, iter, actum, hoc est: ubi carpenta vel carra conversari possunt, similiter biennio et adquiri et amitti posse[4].

[4.] Agri[5] quoque communis nullis terminis delimitati exaequationem[6] inter consortes nullo tempore denegandam.

[5.] Silvarum[7], montium et pascui ius, ut unicuique pro rata possessionis subpetit, esse commune.

[6.] De servitute luminis vel aeris similiter constitutum: ut inter privatorum fabricas decem pedes, inter publicas quindecim dimittantur. secundum legem Theudosiani libri IV. sub titulo: De edificiis privatis et publicis[8].

1 exartare *B* 4. 5; exartari *B* 1—3; exactare *B* 6. possint *B* 1. actorem *A* 4. facti] faciat *A* 3—5; facta *B* 4. ad *om.* *A* 2. eius] ei *B* 5. munitionem] admonitionem *A* 2; monicione *A* 5. *B* 1; munitione *B* 6; muuiciones *B* 5. || 2 solo *B* 6; soli *B* 5, *Til.* ad munitionem] amonitionem *A* 2; ad monicione *A* 5. *B* 5; a municione *Cuiac. a*; ad monitionem *B* 1; ad monitionem *corr.* ad munitionem *A* 3. eorum viarum *A* 3—5. modum patrimunii *A* 2. nullum *om.* *A* 4; nullam *A* 5; in nullo *B* 2. 4—6, *Til.*, *Cuiac.*; in illo *B* 1. 3. penitus *om.* *A* 4. excusare *B* 5. 6. || 3 et *om. codd. B*, *Til.*, *Cuiac.* reparationem *A* 4. *B* 1. 5. servandam *B* 6; esse *add. Cuiac.* || 4 Adque *B* 5. et *om.* *A* 2. adquere *B* 5. biennium *A* 2. *B* 1. et amitti biennio *om.* *A* 2. *B* 2. 5. ammitti *B* 6; admitti *A* 3. 4. *B* 3; atmitti *A* 5; admittibus *B* 1. biennium *B* 1. || 5 Viam *om.* *A* 4, *Cuiac. a*; via *A* 2. *B* 5. iter actum] iteratum *A* 4; iterantum *A* 5; inter acto (actum *B* 4) *B* 2—4. 6; in actum *B* 5, *Til.*; ter actor *B* 1. vel carra *om.* *A* 4. 5, *Cuiac. a*; vel carrada *B* 2. conversari possunt *om. codd. B*; conservari possunt *A* 3; versari possunt *A* 4. 5, *Cuiac. a.* ducuntur *ex coniect. Til.*, *Cuiac. b.* || 6 biennium *A* 2. et *om.* *B* 1—6, *Til.*, *Cuiac.* adq. et am.] amitti (ammitti *B* 6; admitti *B* 3. 4; amittit *B* 5) et adquiri (adquire *B* 5) *B* 1—6, *Til.* admitti *A* 3—5; biennium *add.*, *om.* posse, *A* 2. possit *B* 5. || 7 quocumque *B* 6. communes *B* 1—3; communibus *A* 5. nulli *B* 5. 6; nullus *B* 3; et *add.* *A* 5. terminus *B* 5. delimitati] *sic* *A* 2; limini *A* 3—5; limitati *B* 1—4. 6, *Til.*, *Cuiac.*; limitate *B* 5. exaequationem] *sic* *B* 2, *edd.*; et exequationem *B* 1; exsequationem *B* 3. 4; exequatione *A* 3. 4. *B* 5. 6; exsequatione *A* 2; exaquacione *A* 5. consortis *A* 2. 3. 5. || 8 nullum *B* 5. denegandum *B* 5; deneganda *A* 2—4. || 9 Sylvas *Cuiac. a.* montes *Cuiac. a.* pascuis *B* 1—4. 6; pascua *Cuiac. a*; pascuorum *Til.*, *Cuiac. b*; pascues *B* 5. ius *om.* *A* 3—5. *B* 1—6, *Til.*, *Cuiac.* ut *om.* *A* 2. *B* 1—6, *Til.* pro rata] prata *B* 6; parata *A* 4. 5; pro ratam *B* 5. possessionis *om. codd. B*, *Til.*, *Cuiac. b*; possessiones *A* 2. subpetitis se *B* 5. || 10 communi *A* 5; communem *B* 1—6, *Til.*; communia *Cuiac.*; communionem *Lind.* || 11 De *om.* *A* 5. servitutis *B* 1—6. aeres *A* 2; haeredis *A* 4. 5; heredis *A* 3; heres *B* 6; eris *B* 1. 5. constitutio *A* 4; constitucio est *A* 5; est *add. Cuiac.* ut *om.* *B* 4. || 12 dece *A* 2; decim *A* 4; decem *om.* *B* 1. quimdece *A* 2. demittantur *B* 3. 6; dimittatur *B* 1; dimittur *B* 5. secundum] set haec *A* 5. Theodosii *B* 2—4. 6, *Til.*; Theudosii *B* 1; Teodosiani *B* 5. || 13 libri — publicis *om. codd. B*, *Til.* titulum *A* 2. privatorum, *om.* et publicis, *A* 3—5, *Cuiac.*

*Gundobadae irrepsisse, neque vero viceversa. Ait Canciani: 'In calce namque tituli in utroque libro allegatam cerno "legem Theodosii"; quod morem sapit non Burgundicae legis, sed Papiani ipsius perpetuo allegantis legem Romanam'.* 1) *Cfr. Pauli Sent. rec. I,* 14, 1*:* Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem eius solus compellitur. 2) *Cfr. Cod. Theod. XV,* 3*:* De itinere muniendo, *c.* 3 *(a.* 387.*):* A viarum munitione nullus habeatur immunis ...; *c.* 4 *(a.* 399.*):* ... illustrium patrimonia dignitatum ab instauratione itinerum .. excepta ...; *c.* 6 *(a.* 423.*):* .. reparationes .. itinerum pontiumque ...; *quae constitutiones a compilatoribus Legis Rom. Visig. receptae non sunt.* 3) *Cfr. Pauli Sent. rec. I,* 17, 2*:* Servitus hauriendae aquae vel ducendae biennio omissa intercidit et biennio usurpata recipitur; *cfr. I,* 17, 1 *infra not.* 4. 4) *Cfr. Pauli Sent. rec. I,* 17, 1*:* Viam, iter, actum *(interpr.:* actum, id est: qua pecora minare consuevimus), aquaeductum. qui biennio usus non est, amisisse videtur; *cfr. interpr. h. l.; L. Rom. Visig. h. l., Epit. Aegid.* 5) *Ex fonte incerto; cfr. v. Savigny l. c. II*², *p.* 34*; Barkow l. c. p.* 58*; Gaupp l. c. p.* 346*; Binding l. c. p.* 29*; Saleilles l. c. p.* 91. 6) *Cfr. Marculfi Form. I,* 20*:* divisio vel exequatio. 7) *Ex fonte incerto; Bluhme quidem opinatus est, haec ex Libro const. tit.* 67. *sumpta esse; cfr. Binding l. c. p.* 32, *not.* 112*; Saleilles l. c. p.* 94. 8) *Cfr. Cod. Iust. VIII,* 10*:* De aedificiis privatis, *c.* 11 *(a.* 423.*):* Maeniana ... nisi spatium inter se per decem pedes

## Titulus XVIII. De[1] superventoribus et effractoribus.

[1.] Si quis supervento, sive diurno sive nocturno, quemquam fuerit adgressus, et domus alienas expugnaverit, effregerit aut ex[pil]averit, capite puniatur, cum quolibet genere armorum fuerit deprehensus; receptores etiam adgressorum vel latronum eadem poena plectantur[2].

[2.] Hi vero, qui per incendium voluntarie inmissum quibuscumque rebus damnum intulerint, capite puniantur[3].

[3.] Qui vero inimicitiarum causa incendium probatus fuerit inmisisse, honestiores exilio, viliores metallo deportantur[4].

[4.] Si quis autem tali loco focum fecerit, et exinde ignis ad areas aut tecta arboresque fructiferas forte perveniat, damnum quod evenerit ab eo, qui focum fecit, estimatione sarciatur[5].

[5.] Quod si fructiferas arbores nocturnis aut diurnis oris quolibet tempore ingenuus abscidisse probatur, infamis effectus damnum estimatione iudicis sarcire cogatur. Quod si vilior persona fuerit, ad tempus in exilium relegatur; in servo, restituta re a domino, digno supplicio vindicetur[6].

## Titulus XIX. De[7] corruptis mulieribus.

[1.] Si[8] quis mulierem ingenuam vel virginem per vim stupraverit, hoe est corruperit, occidatur.

1 *Extat hic titulus in A 2—5. Cfr. notam marg. codicis A 5 ad tit. XVII; ad §§ 2. 3. praebet idem codex notam marg.:* Hic require de incendiis; *ad* § 5: Hic require, qui fructiferas arbore[s] nocturnis or[is] involaret. et effractoribus *om.* A 4. 5. || 2 superventum A 3—5; superventu *edd.* diurnum sive nocturnum A 3—5. quemque A 3—5, *Cuiac.* et domus — puniatur *om.* A 2. || 3 aliens A 5. expilaverit *ex coniect., cfr. Pauli Sent. rec.* V, 3, 3; exiliaverit A 3—5; expoliaverit *edd. omnes.* || 4 armarum A 3. 4. praeceptores A 5. eandem *codd.* || 6 Hii A 2. 4. vero *om. Cuiac.* volumptarie A 5. de quibuscumque A 3—5. rebus *om.* A 2. || 7 intullerit A 4. 5. puniatur A 3—5. || 8 causam A 3. 4. probati fuerint *Cuiac.* admisisse A 3—5, *Cuiac.* honestioris A 4. || 9 in exilio A 3—5; in exilium *Cuiac.* in metallo A 3—5; in metallum *Cuiac.* deputantur A 3—5; deputentur *Cuiac.* || 10 tali loco] et a loco A 3. 5; ad loco A 4; dolo *Cuiac.* et] ut A 3—5, *Cuiac.* ignis *om.* A 4. 5, *Cuiac.* areas *Cuiac. a.* aut] ad A 3—5; ac *Cuiac.* || 11 et damnum A 3—5. quod *om.* A 5. ab eo — fecit *om.* A 3—5, *Cuiac.* || 12 extimatione A 3. sarcietur A 3—5, *Cuiac.* || 13 Qui *Cuiac.* si *om.* A 3—5, *Cuiac.* arboris A 5. quodlibet A 5. tempore] quolibet *repet.* A 4; quamlibet *add. Cuiac.* ingenuos *codd.* || 14 abscidisse] cecidisse A 3—5, *Cuiac.* damni A 3—5. extimatione A 3. 5. iudices A 3—5. || 15 exilio A 3—5. relegatur] redigatur A 3—5, *Cuiac.* res A 3—5, *Cuiac.* || 16 a domino] ad est A 4. 5; etiam *Cuiac.* vindicitur A 2. || 17 *Extat hic titulus in A 2—5. In margine ad hunc titulum A 5:* Hic require, qui mulierem ingenuam virg[i]nem corruperit aut ancillam, tam ingenuus quam servus. || 18 vel virginem *om.* A 2. strobaverit A 2; strupaverit A 5; strupraverit A 4. h. e. corr. *om. Cuiac.*

liberi aeris habuerint modis omnibus detruncentur; in his vero locis, in quibus aedificia privatorum horreis publicis videntur obiecta ... quindecim pedum intervalla serventur; *titulus laudatus inter fragmenta Cod. Theod. nobis servata non extat, cfr. Haenel in edit. Cod. Theod. p.* 438. 1) *Cfr. Lib. const. tit.* 29: De superventoribus et effractoribus; *Lib. const. tit.* 41. 28. 2) *Cfr. Pauli Sent. rec. V*, 3, 3: Hi, qui aedes alienas ... expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniantur; telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur; 4: Receptores aggressorum itemquem latronum eadem poena afficiuntur .. 3) *Cfr. Pauli Sent. rec. V*, 3: De his, quae per turbam fiunt, 6: Incendiarii, qui consulto incendium inferunt summo supplicio afficiuntur (*cfr. Pauli Sent. rec. V.* 20, 1: .. capite puniuntur). 4) *Cfr. Pauli Sent. rec. V*, 20: De incendiariis, 2 *(in L. Rom. Visig. non receptum):* Qui casam .. inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum ... damnantur, honestiores in insulam relegantur; *Ed. Theoder.* 97. 5) *Cfr. Lib. const. tit.* 41; *Pauli Sent. rec. V*, 20, 3 *(in Legem Rom. Visig. non receptam):* Fortuita incendia si ... ad usque vicini agros evadunt et si ... fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione sarciatur; *Ed. Theoder.* 98. 6) *Cfr. Lib. const. tit.* 28; *Pauli Sent. rec. V*, 20, 6: Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus .. in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire coguntur vel ... relegantur. 7) *Cfr. Lib. const. tit.* 30: De corruptis mulieribus; *tit.* 35; *Ed. Theoder.* 59. 60. 63. 8) *Ex fonte incerto; cfr. supra tit.* 9. 10.

[2.] Quod si ancillam corruperit inlata violentia, quicumque ingenuus hoc fecisse probatur, iuxta poenam legis Aquiliae alterius mancipii restitutione teneatur obnoxius[1].

[3.] Quod si forte servus hoc fecerit, pro ingenua occidatur, pro ancilla vero vindicante iudice fustuario supplicio subiacebit[2], secundum speciem Pauli sententiarum[3].

[4.] Coniunctio vero Iudei cum christiana legibus inhibetur, ut nec Iudeus christianam, nec christianus Iudeam accipiat. Quod si factum fuerit, vicem adulterii vindicetur, iuxta lege Theudosiani libri IX. sub titulo: De adulteriis[4].

## Titulus XX. De[5] his, qui hominem inlicite aut sine causa ligaverit.

Si quis ingenuum natum ligaverit, vindiderit, honestiores persone damnantur exilio, viliores vero metallis deputantur; exceptis his, qui captivitatis iugo tenentur obnoxii, secundum speciem Pauli sententiarum libro V. sub titulo: [Ad legem Fabiam][6].

## Titulus XXI. De[7] divortiis.

[1.] Consensu partis utriusque repudium dare et matrimonium posse dissolvi[8].

[2.] Quod si pars viri repudium dare uxore contradicente voluerit, non aliter illi licebit, nisi aut adulteram esse convincat, aut veneficam, aut conciliatricem; quorum uno probato crimine, licebit ei uxori dare repudium, ad ius suum nuptiale donatione revocata.

1 ancilla *A 3—5.* per inlatam violentiam *A 3—5.* ingenuos *A 3.* hoc fecisse probatur *om. A 3—5, Cuiac.* || 2 pena leges Aquiliani *A 2.* restitutioni *Cuiac.* || 3 forte *om. A 2.* ingenuam *A 2.* | 4 vindicante] iudicante *A 3—5, Cuiac.* sec. speciem] set haec speciae *A 5.* || 6 Iudaei *A 4*; Iudici *A 2.* cum *om. A 3—5, Cuiac. a.* christianam *A 4. 5.* lege *A 3. 5, Cuiac.*; legem *A 4.* inhibitur *A 3. 5*; hinibitur *A 4.* || 7 accipiat *om. A 2.* si *om. A 3—5, Cuiac.* fuerit *solus A 2.* vicem adulteri *A 2*; per adulterii *A 3—5*; pro adulterio *Cuiac.* || 8 vindicatur *A 3—5.* legem *Cuiac.* Theudosii *A 3*; Theodosii *A 4, Cuiac.*; Theud *A 5.* IX] VIII *A 2.* sub *om. A 3—5, Cuiac.* titulum *A 2.* de adult. *om. A 2.* || 9 *Extat hic titulus in A 2—5. In margine A 5:* Hic require, qui ominem ingenuum ligaverit aut vindere praesumpserit. legaverit *A 2*; obligaverint *Cuiac. a*, ligaverint *b.* || 10 qui *Cuiac.* legaverit vindederit *A 2*; vendiderit (vindiderit *A 5*) ligaverit *A 3—5*; vendiderint vel obligaverint (ligaverint *b*) *Cuiac.* honestioris *A 4.* damnetur *A 3—5.* || 11 in exilio *A 3—5*; in exilium *Cuiac.* vilioris *A 5.* vero *om. A 2.* in metallum *Cuiac.* his *om. A 4. 5, Cuiac.* que *A 5.* captivitatem *A 2.* iogo *A 2*; iugu *A 3—5.* || 12 tinentur *A 5.* obnoxiis *A 4.* secundum] set *A 5.* sententiarum *om. A 3.* libro V. sub titulo *om. A 2.* ad legem Fabiam *codd. non exhibent.* || 14 *Extat hic titulus in A 2—5.* | 15 partis *ex emend. Cuiac.*; parcium *A 2*; parentis *A 3—5.* utrisque *A 2.* dare] *sic pro* dari *A 2—5.* et *om. A 2.* possedisse solvi *A 5.* || 16 pars] per *A 5*; parvi. *om.* viri, *A 4.* illi] ei *A 3—5, Cuiac.* | 17 licevit *A 2*; dicebit *A 5.* aut *om. A 2.* adultera *A 2—4.* venefica *A 3—5.* conciliatrice *A 3—5.* quorum *om. A 2.* || 18 uno *om. A 4. 5*; unum *Cuiac.* probato — suum *om. A 4. 5, Cuiac.* uxore *A 2.* nuptialem *Cuiac.* donationem *A 3—5, Cuiac.* || 19 revocare *A 3. 4*; recare *A 5*; revocare potest *Cuiac.*

1) *Cfr. Paul. Sent. rec. I, 13 B, 6:* Qui ancillam ... virginem ... corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur; *interpr. h. l.:* ... alia similia mancipia ... exsolvant; *Pauli Sent. rec. I, 12, 2: D. XLVII, 10, l. 25.* 2) *Haec ex Lib. const. tit. 30. 35 repetita sunt.* 3) *Verba* secundum — sententiarum *potius §§ 1. 2 adnecti debuissent, ut iam Barkow recte monuit.* 4) *Cfr. Cod. Theod. IX, 7:* Ad legem Iuliam de adulteriis, *c. 5 (a. 388.), interpr.:* Nec Iudaeus christianam nec christianus Iudaeam ducat uxorem (*const.:* accipiat; *cfr. L. Rom. Visig. h. l., Epit. Aegid.*). Quod si fecerit ... velut in adulteros (*const.* adulterii vicem) vindicetur; *Const. extrav. 14.* 5) *Cfr. Lib. const. tit. 32:* De eo, qui hominem inlicite aut sine causa ligaverit; *supra tit. 4.* 6) *Cfr. Pauli Sent. rec. V, 30 B:* Ad legem Fabiam, 1 *(a compilatoribus Legis Rom. Visig. non receptum):* Qui .. ingenuum .. vendiderit, vinxerit, .. humiliores .. in metallum dantur, .. honestiores ... relegantur. 7) *Cfr. Lib. const. tit. 34:* De divortiis: *Ed. Theoder. 54; Ginoulhiac l. c. p. 535 sqq.* 8) *Cfr. Theodosii II. Nov. tit. 12:* De repudiis *(a compilatoribus Legis Rom. Visig. non receptum), c. 1 (a. 439.):* Consensu licita matrimonia posse contrahi, contracta ... repudio dissolvi; *Valent. III. Nov. tit. 34, 11; Cod. Iust. V, 17, c. 8, pr.; c. 9. pr.*

[3.] Quod si mulier nolente marito repudium ei dare voluerit, non aliter fieri hoc licebit, quam si maritum homicidam probaverit, aut sepulchrorum violatorem, aut veneficum. Quod si unum ex his probaverit, et maritum demittat, et conlatam in se donationem iure tuebitur, et dotem, quam ei maritus fecerit, vindicabit, secundum legem Theudosiani sub titulo: De repudiis, promulgatam[1].

## Titulus XXII.[2] De donationibus.

[1.] Donationes ab avo vel avia, proavo vel proavia maternis, ita ad eos, quibus conlate sunt, pertenere, ut patri nullatenus adquirantur: a linea vero paterna memoratorum donationes, vel si quid filiis familias praeter expressas personas quarumcumque largitate conferetur, patrum proprietati indubitanter adquiri[3].

[2.] Donationes etiam vel dotes, quas ex matrimonio filius vel filia in familia positi consecuntur, ad eorum proprietatem, quibus conlate sunt, remota patrum adquisitione sine dubio pertenere, secundum legem Theudosiani libro VIII. sub titulo: De maternis bonis [et] materni generis [et] de cretione sublata[4], et aliam sub sequenti [titulo] eodem libro: De bonis, quae filiis familias ex matrimonio adquiruntur[5].

1 Si quod similiter. *om.* mulier, *A* 2. ei *solus A* 2. fuerit *A* 5. ‖ 2 qui *A* 3—5. humicidam *A* 5. sepulchrum *A* 2; sepulcrorum *A* 5. ‖ 3 venefico *A* 2; venificum *A* 4. exprobaverit, *om.* his, *A* 2. demittit *A* 5; dimittit *A* 3. 4; dimittet *Cuiac.* et *om. A* 3—5. conlata in se donatione iurem *A* 2. collatam in eum dotem et donationem quam maritus (marito *b*) fecerat, iure revocabit iuxta legem *Cuiac.* ‖ 4 tuebitur] revocabitur *A* 3—5. quae *A* 3; q. *A* 5; quem *A* 4. ei *om. A* 3—5. marito *A* 5. fecerat *A* 3—5, *Cuiac.* vindicabit *ex emend.*; vindicavit *A* 2; revocavit *A* 3—5. secundum] iuxta *A* 3—5. ‖ 5 leges *A* 5. sub titulo *om. A* 2. 3. promulgata *A* 2—4; promulgatas *A* 5. ‖ 6 *Extat hic titulus in A* 2—5. *In margine A* 5 *ad* § 1: Hic require de donacionibus; *ad* § 2: Hic require, si filius familias aliquit conquesierit; *ad* § 5: Hic require de donacionem, sed tradiccio subsecuta non fuerit. ‖ 7 donatio *A* 3—5, *Cuiac.* ab avia *A* 3—5. ‖ 8 conlata *A* 3. 4, *Cuiac.* sunt] fuerint *A* 3—5; fuerit *Cuiac.* pertenerint *A* 3—5; pertineat *Cuiac.* adquiratur *Cuiac.* a linea] aliena *A* 3—5. paternae *A* 3—5. ‖ 9 donationis *A* 3—5. quis *A* 2. quorumcumque *Cuiac.* ‖ 10 confitetur *A* 3. 4; confertur *A* 5, *Cuiac.* patrum] quarum *A* 3—5; patri eorum *Cuiac.* proprietate *A* 2—4; proprietatem *Cuiac.* indubitantur *A* 4. inquiri *A* 3. 4. ‖ 11 donacionis *A* 2. 4. 5. ad matrimonium *A* 3—5. in familia *om. A* 2. ‖ 12 positi] expositi *A* 2. proprietate *A* 2—5. patruum *A* 3—5. ‖ 13 secundum] set *A* 5. lege *A* 2. 5; legum *A* 4. libro VIII. *om. A* 4. 5, *Cuiac.*; lib XIII. *A* 2. ‖ 14 De maternis bonis maternis generis discritione sublata *A* 2; De maternis materne generatione sublata *A* 3—5. et aliam *om. A* 3; et alia *A* 2. 5, *Cuiac. b*; et alias *A* 4, *Cuiac. a.* consequenti, *om.* sub, *A* 3. ‖ 15 titulo *ex coniectura, loco* sub, *quod repetunt codd.; deest etiam Cuiac.* filiis filias *A* 4. matrimoni, *om.* ex, *A* 2.

1) *Laudatur Cod. Theod. III,* 16: De repudiis, *c.* 1 *(a.* 331.*)*; *cfr. interpr. h. c.*: .. Quod si forte mulier dicat maritum suum .., non ... repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam aut maleficum aut sepulcri violatorem esse docuerit (*const.*: homicidam vel medicamentarium vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit), quibus criminibus convictus sine culpa mulieris merito videtur excludi, et mulier recepta dote discedit ... Quod si a viro mulier repellatur, nec ipse ... repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram aut maleficam aut conciliatricem eam probare sufficiat (*const.*: si moecham vel medicamentariam vel conciliatricem repudiare voluerit); quod si docere non potuerit, dotem mulieri restituat et aliam ducere non praesumat uxorem. 2) *Cfr. Lib. const. tit.* 43: De donationibus; *Lib. const. tit.* 60; *infra tit.* 35; *Ed. Theoder.* 51. 52. 53. *Brunner, Rechtsgesch. der Urkunde I, p.* 116. 129. 3) *Cfr. supra tit.* 14, 4. 4) *Laudatur Cod. Theod. VIII,* 18: De maternis bonis et materni generis et cretione sublata, *c.* 6 *(a.* 379.*)*; *cfr. interpr. h. c.*: Quaecumque avi vel proavi materni (*const.*: quae pater matris ac mater quaeque avus matris aut avia) ... donaverint, .. in alias personas transferre patri ... non licebit; .. quae extraneorum donatione (*const.*: delatae .. ab extraneis sive ex transversa linea) .. filiis in familia positis facultates accesserint, vel alii parentes, quam qui supra nominati sunt, contulerint, id totum patribus acquiratur... 5) *Laudatur Cod. Theod. VIII,* 19: De bonis, quae filiis familias ex matrimonio acquiruntur; *c.* 1 *(a.* 426.*)*; *cfr. interpr. h. c.*: Sicut id, quod avus vel avia materna nepotibus pronepotibus positis in patris potestate (*const.*: .. leges vetuerint patribus ... conquiri

[3.] Sciendum tamen, donationis, tam aviaticas quam nuptialis. gestorum sollenni allegatione firmandas[1], praeter illas nuptiales donationes, quae intra ducentorum solidorum summam taxata conlatione potuerint inveniri[2].

[4.] Gesta autem secundum locorum consuetudinem fieri placuit. nec interest. apud quem defensorem[3] fuerint celebrata. secundum legem Theudosiani sub titulo: De donationibus[4].

[5.] Sciendum etiam, usufructuarias donationes sine traditione constare. quia usufructus exceptio pro traditione conputatur. Quod si usufructuaria non fuerit, et traditio non fuerit subsecuta, donatio legibus infirmatur[5].

[6.] Donationes vero nuptiales has tantum sine gestis admitti, quas aetate minores. id est posite inter XXV[6] annos, accipiunt, etiam si summam ducentorum solidorum probentur excedere[7].

[7.] De animalibus. vestibus, gemmis vel quocumque metallo vel aliis, quae pondere. numero. mensura constant. omnem donandi solennitatem in sola traditione posse constare[8].

[8.] Haec vero, quae puellae patrem habenti citra usufructus mentione adscripta fuerint et patre exegente adsignata non fuerint. in posterum non querantur[9].

1 donationis] *sic* *A* 2—5. aviaticus *A* 2; aviadicas *A* 5. nuptiales *A* 4; nunc ei alis *A* 5. sollennia *A* 4. || 2 alligatione *A* 2. propter *A* 3—5. nuncialis *A* 5. donationis *A* 4. 5. quae] qui *A* 3—5 || 3 summam] sunt *A* 3—5, *Cuiac.* taxatae *Cuiac.*; taxatam *A* 2. conlationem *Cuiac.* poterint *A* 3. 5; potuerint *om. Cuiac.* invenire *A* 2; inveniri *om.* *A* 3—5, *Cuiac.* || 4 Gesta autem] Gesta aut *A* 2; Ingesta autem veniri *A* 3; Ingestatem *A* 4. 5. consuetudine *A* 2. || 5 fuerint *om.* *A* 2. celebrate *A* 3—5. lege *A* 2. 5. Theod *A* 4; Theodosii *Cuiac.* || 7 usumfructuarias donacionis *A* 5. 8 exceptio *om.* *A* 3—5, *Cuiac.* pro traditione] per (pro *Cuiac.*) donatione *A* 3—5. *Cuiac.* conpotatur *A* 2. fuerint *A* 2. 4. || 9 subs. non f. *A* 3—5; subs. etiam non f. *Cuiac.* || 10 donationis *A* 5. nuptialis *A* 3. 5. quas ea etate *A* 2; quasi etate *A* 5; quos etate *A* 3. minoris *A* 3—5. || 11 positi *Cuiac.* annis *A* 2; annus *A* 5. summa *A* 3—5. || 12 probetur *A* 2. || 14 numerum mensuram *A* 2. constat *A* 2—5. donandis *A* 3—5. sollemnitate *A* 3—5. || 16 Eaque, *om.* vero, *A* 2. habentis *A* 3—5. cetra usufructus mentione scripta fuerit *A* 2; has (ad *A* 5) ususfructus traditio mentione adscripta (abscripta *A* 4) fuerint, *om.* citra, *A* 3—5; hac ususfructus mentione adscripta tradita fuerint *Cuiac.*; citra ususfructus mentionem [aut] traditio[nem] adscripta fuerint *ex coniectura Bluhme.* || 17 patri *A* 3—5. in potesterum *A* 3. in posterum non *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.*

quicquid eorum filiis ... a linea materna ...) donaverint ita et patri non acquiritur, quicquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit (*const.:* hoc patri nullatenus acquiratur) ... 1) *Cfr. Cod. Theod. III, 5:* De sponsalibus et ante nuptias donationibus, *c.* 1 *(a.* 319.*)*, *interpr.:* ... nec nuptialis nec quaelibet alia inter quascunque personas donatio de quibuscunque rebus valere potest, si gestis non fuerit allegata; *cfr. Cod. Theod. VIII,* 12*:* De donationibus, *c.* 3. 5. 2) *Cfr. Cod. Theod. III,* 5, *c.* 8 *(a.* 428.*):* Si donationis instrumentum ante nuptias actorem solennitate firmatum sil. de traditione ... minime perquiratur; in illa donatione, quae in omnibus intra ducentorum solidorum est quantitatem (*interpr.:* cuius summa infra ducentorum solidorum pretium invenitur), nec actorum confectione quaerenda. 3) *Cfr. infra tit.* 36, 8; *Chénon, Etude sur le defensor civitatis in 'Nouvelle Revue hist. de droit' XIII* (1889), *p.* 523. 531. 4) *Laudatur Cod. Theod. VIII,* 12. *c.* 8 *(a.* 415.*), a compilatoribus Legis Rom. Visig. non recepta; interpretatio huius const. nobis tradita non est.* 5) *Cfr. Cod. Theod. VIII,* 12, *c.* 8 *(a.* 415.*), pr.:* Donationes debere sortiri perpetuam firmitatem, quas corporalis traditio fuerit subsecuta, sancimus, ne ususfructus exceptio pro traditione possit intelligi: c. 9 *(a.* 417.*):* Ius pristinum renovamus; *interpr. h. c.:* Reservatio ususfructus . pro traditione habetur; *cfr. c.* 1 *(a.* 316.*)*. 6) *Cfr. infra tit.* 26. 36. 7) *Cfr. Cod. Theod. III,* 5, *c.* 3 *(a.* 330.*)*; *c.* 8 *(a.* 428.*)*. 8) *Ex fonte nunc deperdito: cfr. Cod. Theod. VIII,* 12, *c.* 1 *(a.* 316.*)*, § 2. 9) *Ex fonte incognito; cfr. Cod. Theod. III,* 5, *c.* 8 *(a.* 428.*) et interpr. h. c.*

[9.] In[1] nuptialibus vero avorum donationibus nepotes vel neptes ex filia cum avunculis vel materteris, perdito triante, in bisse debere succedere; quia, dum eis inofficiosi actionem eandem lex tribuit quam filiis, constat eos liberorum locum obtinere et in aviaticis bonis superscripto ordine posse succedere, secundum legem Theudosiani libro V. sub titulo: De legitimis hereditatibus, ad Constantinum praefectum praetorio Galliarum datam[2].

## Titulus XXIII. De[3] sacramentis.

[1.] Si a iudice statutum fuerit aut inter partes convenerit, ut de rebus dubiis sacramenta praebeantur, cum solum debere iurare, a quo aliquid repetitur, nec ad sacramenta personas[4] alias requirendas. Quo praestito sacramento omnis causae ipsius repetitio conquiescat[5].

[2.] Hic tamen sacramenti ordo notato infamia denegatur, secundum constitutiones Gregoriani et Ermogeniani[6].

## Titulus XXIV. De[7] latronibus convictis.

Si criminosi convicti fuerint, ipsi puniantur; nec crimen illorum filios aut uxorem, qui conscii non probantur, poterit inplicare, secundum iuris constitutionem[8].

## Titulus XXV. De[9] adulteriis.

Maritus, si adulterum cum uxore invenerit ita, ut in unum sint et sese commisceant, liberum arbitrium habebit, utrumque uno ictu punire, secundum legem novellam Maioriani, quae exinde ad ius vetus cuncta revocavit[10].

1 In] Et *A* 2. vero *om.* *A* 2. aviarum *A* 2. nepitis *corr.* neptos *A* 5. nepotis vel neptis *A* 3. 4. ‖ 2 perdito *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.* triantem *A* 5. in trientem et bessem *Cuiac.* succedere *om.* *A* 4. 5. eius *A* 2. ‖ 3 eadem *A* 2. filius *A* 3. 5. loco *A* 2. ‖ 4 et *om.* *A* 2. et in — succedere *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.* bonos *A* 2. subscripto *A* 3. secundum] set haec *A* 5. Theudosii (Theod *A* 4; Theud *A* 5) legem *A* 3—5. ‖ 5 titulum *A* 2. a Const *A* 5; ad Constantianum *ex emend. Bluhme.* pft pr *A* 2; pū *A* 3. 4. 5. ‖ 6 data *A* 2; datam *om.* *A* 4. 5. ‖ 7 *Extat hic titulus in* *A* 2. 4. 5; *nihil nisi rubricam habet* *A* 3. ‖ 8 partis *A* 4. ut] aut *A* 2. nec ab aliis personis sacramenta requiruntur *Cuiac.* ‖ 9 ad *ex emend.; om.* *A* 4. 5; a *A* 2. requiruntur *A* 4; requirantur *A* 5. ‖ 10 Quo praesteto *A* 2; Praestito autem *Cuiac.* omnes *A* 2. ‖ 12 tamen *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.* notatis *A* 4. 5, *Cuiac.* infamia *ex emend.*; infamio *A* 2. 4. 5. constitutionem *A* 4, *Cuiac.* ‖ 13 Ermoniani *A* 5; Hermogeniani *A* 4, *Cuiac.* ‖ 14 *Extat hic titulus in* *A* 2. 4. 5. convictis *om.* *A* 4, *Cuiac.* ‖ 15 Si *om.* *A* 2. cum victi *A* 2; convincti *A* 4. ipsi *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.* filius *A* 4. ‖ 16 uxoris *A* 4. 5; uxores *Cuiac.* iures *A* 2. constitutione *A* 4. ‖ 17 *Extat hic titulus in* *A* 2. 4. 5. *In margine* *A* 5: Hic require de adulteris. ‖ 18 Maritum *A* 2. uxorem *A* 4. in *om.* *A* 4. 5, *Cuiac.* sit *A* 4. 5. sese] si se *A* 2. 5. ‖ 19 cum misciant *A* 5. unu *A* 2. icto *A* 4. 5. ferire *A* 4. 5, *Cuiac.* novellarum *A* 2. ‖ 20 Maiuriani *A* 2; Magoriani *A* 5. qui *A* 4. 5. cuncta *om.* *A* 5, omnia *Cuiac.*

1) *Cfr. supra tit.* 10, 2—4. 2) *Laudatur Cod. Theod. V,* 1: De legitimis heredibus, *c.* 4 *(a.* 389.*)*; *cfr. interpr. h. c.; Cod. Theod. V,* 1, *c.* 5 *(a.* 396.*) et interpr. h. c.* 3) *Cfr. Lib. const. tit.* 45. 4) *Sc. consacramentales; cfr. Barkow l. c. p.* 74. 5) *Cfr. Ed. Theoder.* 106. 6) *Huius iuris regulae vestigia aliunde non habemus, nec constitutiones laudatae servatae sunt inter fragmenta Codicis Hermog. et Gregor.; vide Haenel in editione col.* 22. 78. *Cfr. Pauli Sent. rec. II,* 1: .. De iureiurando *et interpr.* 7) *Cfr. Lib. const. tit.* 47. 8) *Cfr. Cod. Theod. IX,* 40: De poenis, *c.* 18 *(a.* 399.*), interpr.*: Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. *Cod. Iust. IV,* 12. *c.* 2 *(a.* 287.*); D.* L, 2. *l.* 2, 7. 9) *Cfr. Lib. const. tit.* 68: De adulteriis; *tit.* 44: De adulteriis puellarum et viduarum. 10) *Laudatur Maioriani Novell. tit.* 9: De adulteriis, *c. un. (a.* 459.*)*: ... Noveris, ad rigorem veteris disciplinae

### Titulus XXVI. De[1] his, qui debetas filiorum de maternis bonis non tradederint portionis.

[1.] Pater debit de maternis bonis medietatem filiis dare, cum annorum XX[2] fuerint. Quod si de proprietate rerum maternarum expressam non dederit portionem et per testamentum res proprias a filiis alienare voluerit, ab heredibus repetendum est, quidquid in expressa portione a vicensimo anno filii de fructibus accepere potuissent, secundum legem novellarum[3].

